AGENDA SACRAMENTALIA, AD VSUM DIOECESIS...

Marcin Kromer

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
21 — L
15

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

auctore Martino Cromero
et in litt. Ilun Cernkowski
post frontem.

23
F
12

Coll. Rom. Soc. Iesu Catal. inscript.

AGENDA SACRAMENTALIA, AD VSVM DIOECEſis VVladiſlauienſis accommodata.

CVM ADIVNCTIS VERBIS ET ADMONITIONIBVS POLONICIS ET GERMANICIS.

Opus cuiuſlibet Diocœſis Parochis & Sacerdotibus perutile.

Bibliot. Secr. Coll. Rom. Soc. Iesu



COLONIAE,
APVD MATERNVM CHOLINVM.
M. D. LXXIIII.
Cum Gratia & Priuileg. Cæſ. Maieſt.

B. S.

CONTENTA IN HOC volumine Agendorum Sacramentalium.

Exorciſmus Salis pro baptiſmo. folio 1
Baptiſmus vnius Maſculi. 2
Baptiſmus Fœmellæ. 13
Baptiſmus plurium. 19
Baptiſmus breuior infirmi pueri. 29
Cautelæ circa baptiſmum. 30
Obſtetricum informatio circa partum. 31
De ijs qui in hęreſi, & ſchiſmate baptizati ſunt. 32
Reconciliatio Hæreticorũ, & Schiſmaticorũ. 32
Matrimonio copulandi modus. 35
Nouam nuptam introducendi. 39
Poſt partum introductio mulieris. 40
Confeſſorum excommunicatorum, & ab irregularitate abſolutiones. 42
Confeſſio Generalis, Polon. & Germ. 50
Communicandi populum modus. 51
Communicandi infirmum ordo. 54
Extrema vnctio. 57
Septem pſalmi Pœnitentiales. ibidem.
Litania. 64
Aegrotorum exhortationes, & interrogationes, & orationes. 73
Morientium, & mortuorum curatio. 86
Euangelium ſecundum Ioannem, In principio erat verbum. 95
Catecheſes Latinæ, & Polonicæ, cuilibet Sacramento, & actioni accommodatæ. 97

STANISLAVS CARNKOVVSKI, DEI GRATIA EPI-ſcopus VVladiſlauienſis & Pomeraniæ, Venerabilibus & honorandis DD. Prælatis, Canonicis, Parochis, omnibusq́; ad quos cura Paſtoralis pertinet, Salutem in Domino.

OMNE noſtrum ſtudium, omnis cura, omnis conatus noſter, in eo aſſiduè verſatur, Fratres in Chriſto chariſſimi, vt religio Catholica, tot incommodis, vel temporum iniquitate, vel ingeniorum peruerſitate affecta, priſtinam faciem recipiat, ac in ſuum ſtatum reducta, ſana & integra permaneat. Quid enim maiori curæ nobis paſtoribus eſſe debet, quàm vt grex, quem Chriſtus ſuo ſanguine acquiſiuit, cuius nos cuſtodes ſumus, & à lupis rapacibus tutus ſit, & in veræ doctrinæ paſcuis, & Sacramentorum à Chriſto ſuisq́; Apoſtolis inſtitutorum, alimentis paſcatur & innutriatur: vt pinguis & immaculata Chriſto Domino noſtro hoſtia offerri mereatur. Quod cum ſemper & omnibus curæ eſſe deberet, tum verò his perditis temporibus, & perturbato Eccleſiæ Catholicæ ordine, & lupis circum ouile Chriſti obuerſantibus, curæ eſſe debet. Quanto enim grauiora, & præſentiora pericula quis ſibi ſuisq́; impendere videat, tanto magis, vt ea vel depellat prorſus, vel cum minore vulnere detrimentoq́; excipiat, adniti debet. Atq; equidem, vt ea pericula prorſus propulſemus, non mearum vnius virium eſt, tanto vtiq; errorum incendio excitato. Quod vires noſtræ ferunt, facimus: ad omnem impreſſionē hæreticorum excubamus, vt leuiore cum vulnere impetus eorum excipiamus, gregemq́; noſtrum prorſus dilacerari non patiamur, adinuigilamus. Quod vt vos itidem pro virili veſtra facere contendatis, etiam atque etiam hortamur & rogamus: quiſque ſui officij, atque vocationis ſuæ memor eſto: quiſque verbo Chriſti, & doctrina Eccleſiæ Catholicæ, & Sacramentis ritè adminiſtratis, ſuum gregem paſcere & innutrire contendat, neque palantem lupis fame hiantibus relinquat. Quod certè vt facilius vobis ſit, in omnes partes animū & curas noſtras vertimus. Atque equidem, dum rationem Sacramētorum adminiſtrandorum debitam cogitamus: ecce inter ipſas curas noſtras Reuerēdiſſimi, doctiſſimi, pariterq́; pij viri Martini Cromeri Coadiutoris, ac deſignati Epiſcopi Varmien. liber de ratione adminiſtrandorum Sacramentorum in Eccleſia Catholica (qui Agenda vulgo appellatur) ad nos perlatus eſt. Quem librum cum auidè legiſſemus, nihil dignius, nihil cum maiore cura & commoditate confectum confici ve poſſe in hoc genere iudicauimus, atque Cromeri ingenium illud diligens, & iudicium, vt ſincerum, ita & graue cognouimus: cui, quod nos labore, quē cauſa veſtri inſumere parabamus, liberauit, & vt ad alias cogitationes curasq́; noſtras verteremus fecerit, gratias ei magnas agimus.

Cum autem vobis antehac ex officio noſtro, & præſcripto ſacrorum Conciliorũ præceperimus, vt rationis, vſus, & fructus Sacramentorum, & aliarum quarundam maximè vſitatarum in Eccleſia cęremoniarum circa adminiſtrationem ipſarum, atq; etiã certis anni temporibus è ſuggeſto populis, & ijs qui interueniũt, explicaretis, eosq́; ad accuratiorem pietatem, reuerentiam & obſeruantiam ſacrorum myſteriornm excitaretis: deinceps quoque id præceptum tam pro concionibus ſacris, quàm circa adminiſtrationem ſingulorum Sacramentorum ſeruari, quoad commodè fieri poteſt, volumus. Et quamuis in eum vſum Catecheſes myſtagogicas, à nobis & à præfato Reuerendiſſimo Domino Martino Cromero Coadiutore cõſcriptas, ediderimus, vobisq́; diſtribuerimus, quò tamen ex magis cuiq́;, quoties opus erit, ad manus & in prõptu ſint, carauimus etiam in fine huius operis adiungi ex his quaſdam, Latinas, & Polonicas, cuilibet Sacramento & actioni accõmodatas. Hoc quoq; ad commoditatem veſtram accedit, quod in duo volumina opus hoc diuiſum eſt, ne vnius magnitudo ſic excreſceret, vt geſtari Sacerdotis manibus in adminiſtrandis ſacramentis, commodè non poſſit: Ac in alterum quidem volumen, ea quæ ad Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, coniecta ſunt: altero autem continentur ritus & cæremoniæ ſacrę, quarum frequẽs eſt vſus, & antiquitùs obſeruatus, & nunc in Eccleſia Catholica, & regionibus eius obſeruatur. Quorum quidem voluminum priori, AGENDA SACRAMENTALIA: poſterior verò, AGENDA CAEREMONIALIA, titulus datus eſt. Vos interim hortamur: ac etiam ſeuere & ſub pœnis noſtro arbitrio irrogandis, vobis mandamus, vt hunc librum Agendorum, in templis veſtris habendum curetis, atque eo ordine & verbis in eo conceptis, Sacramenta adminiſtretis. Valete in Domino Fratres chariſſimi. Datum VVladislauiæ, Calendis Auguſti, Anno M. D. LXXIII.

DE BAPTISMO.

SAcerdos antequam baptizare incipiat, præparet Sal exorcizando, niſi prius exorcizatum fuerit, hoc modo:

EXORCIZATIO SALIS.

EXorcizo te creatura ſalis, in nomine Dei pa ✠ tris omnipotentis, & in charitate Domini noſtri Ieſu ✠ Chriſti, & in virtute Spirtus ✠ ſancti. Exorcizo te, per Deum ✠ viuum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ ſanctum, qui te ad tutelam humano generi procreauit, & populo venienti ad credulitatem per ſeruos ſuos conſecrari præcepit, vt in nomine ſanctæ Trinitatis efficiaris ſalutare, ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te Domine Deus noſter, vt hãc creaturam Salis ſanctificando ſancti ✠ fices, benedicendo bene ✠ dicas, vt fiat omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in viſceribus eorum: in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem. Reſp. Amen.

Deinde prodeat ante ianuam templi, ibiq; aſtãtes cum puero, ſi commodum erit, breuiter de ratione & fructu baptiſmi, lingua ipſis nota admoneat.

Vide Catecheſim in fine libri.

Deinde patrinos ſiue cõpatres cum puero prodire iubeat: Non admittat autem plures duobus, ſecundum decretum Concilij Tridentini, (vnus etiam vel vna ſufficit) Cæteri honoris cauſa adſtare poſſunt, ſed non habendi pro compatribus ſiue patrinis. Itaq; nec tangent puerum. Statuat autem patrinos ad occidentem, maſculum ad dextram,

xtram, fœminam vero ad ſiniſtram baptizandi, ſi commode fieri poterit. Et ſic ſtantes ex aduerſo interroget: An non ſit baptizatus ab obſtetrice, vel aliquo alio, dicens?

Polon. Nie ieſtli iuz okrſezone od baby abo od kogo inego?
Germ. Iſt es ver nicht getaufft von der Hebammen/oder ſonſt von iemandts?

Baptizatus autem intelligitur is, qui de vtero materno egrediens, aqua perfuſus, vel aſperſus eſt, cum enunciatione horum verborum: Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti.

Quod ſi vel aquæ perfuſio ſiue aſperſio, vel ſuprà ſcriptorum verborum enunciatio defuerit, nō eſt habendus pro baptizato. Si igitur dicetur ſic eſſe baptizatus, Sacerdos nihilominus omnes Ceremonias circa eum peraget ad infra ſcriptum modum, preter quam circa fontem, vbi obſeruabit informationem ſuo loco adſcriptam. Siue autem baptizatus hoc modo puer eſſe dicetur, ſiue non, quęret Sacerdos è patrinis:

Maſculus ſit an fœmella?
Polon. Czo ieſt/chlopiatko czy dziewczatko?
Germ. Iſts ein Kneblein/oder ein Megdlein?

Quo cognito, ſecundum formulam accommodatam ſexui cætera legat & peragat. Diſtinctæ ſunt enim formulæ vitandi erroris difficultatisq; gratia.

FORMVLA BAPTIZANDI MASCVLVM.

In primis quærat Sacerdos è patrinis lingua ipſis nota de nomine pueri.

Polon. Jako ma byc imie temu dziecieciu?
Germ. Wie ſoll diß Kindt heiſſen?

 Reſpon-

Reſpondeant illi, N.

Cognito nomine, ter in faciem infantis per modũ crucis leniter inſufflet dicens: **Exi immunde Spiritus ab hac imagine Dei, & da locum aduenienti Spiritui ſancto, & da honorem Deo viuo & vero.**

Deinde faciat crucem in fronte & pectore eius, & dicat: Accipe ſignaculum crucis, tam in fron ✠ te quàm in pecto ✠ re. Sume fidem cœleſtium præceptorum: Talis eſto moribus, vt templum Dei iam eſſe poſſis, receptusq; in eccleſiã Chriſti, euaſiſſe te laqueos Diaboli lętus agnoſce: horreſce idola: Reſpue ſimulachra: cole Deum patrem omnipotentem, & Ieſum Chriſtum filium eius, qui cum eodem Patre & Spiritu ſancto viuit, & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum. Reſp. Amen.

ORATIO.

OREmus. Omnipotẽs ſempiterne Deus, pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, reſpicere dignare ſuper hunc famulum tuum, quem ad rudimenta fidei dignare vocatus es: omnemq; cœcitatem cordis ab eo expelle. Diſrumpe omnes laqueos Sathanæ, quibus fuit alligatus. Aperi ei Domine ianuam pietatis tuæ, vt ſigno ſapientiæ tuæ imbutus, omnium cupiditatum fœtoribus careat, & ad ſuauem odorem præceptorum tuorum lætus in Eccleſia tua tibi deſeruiat, & proficiat de die in diem, vt idoneus efficiatur accedere ad gratiam baptiſmi tui, percepta medicina cœleſti, per Chriſtũ Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Deinde interroget rurſus nomen baptizandi dicens:

Nominetur puer.

Polon. Mienele dzieçie.

Germ. Nennet das Kindt.

Et mittat pauxillulum de Sale exorcizato duobus digi-

tis in os eius, nomen eius exprimens, & dicens: N. Accipe Salem ſapientiæ, vt Chriſtus ſit tibi propiciatus in vitam æternam. Reſp. Amen. Verſ. Pax tecum. Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

ORATIO.

OREmus. Deus patrum noſtrorum, Deus vniuerſæ conditor creaturæ, te ſuppliciter exoramus, vt hūc famulum tuum N. reſpicere digneris propitius, & hoc primum pabulum ſalis guſtantem, diutius eſurire non permittas, quo minus expleatur cibo cœleſti, quatenus ſit ſemper ſpiritu feruens, ſpe gaudens, nomini tuo ſeruiens: & perduc eum ad nouæ regenerationis lauacrum, vt cum fidelibus tuis promiſſionum tuarum æterna præmia conſequi mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

ORATIO.

ORemus. Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, Deus qui Moiſi ſeruo tuo in monte Synai apparuiſti, & filios Iſrael de terra Aegypti eduxiſti, deputans eis Angelū pietatis tuæ, qui cuſtodiret eos die ac nocte: Te quæſumus Domine, vt mittere digneris ſanctum Angelum tuum, qui ſimiliter cuſtodiat hunc ſeruum tuum N. & perduc eum ad gratiam baptiſmi tui. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Repulſio Diaboli.

ERgo maledicte Diabole, recognoſce ſententiam tuā, & da honorem Deo viuo & vero, & da honorem Ieſu Chriſto filio eius, & ſpiritui ſancto, & recede ab hoc famulo Dei N. quia hunc ſibi idem Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam & benedictio-

nem,

nem, fonteq́; baptiſmatis dono ſuo vocare dignatus eſt.

Hic faciat crucem pollice manus dextræ in fronte baptizandi, & dicat: Et hoc ſignum ſanctę cru ✠ cis, quod nos fronti eius damus, tu maledicte Diabole nunquam audeas violare. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen. Item dicat: Audi maledicte Sathana, adiuratus per nomen æterni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti filij eius, cum tua victus inuidia tremens gemensq́; diſcede. Nihil tibi commune ſit cum hoc ſeruo Dei iam cœleſtia cogitante, & renunciaturo tibi ac ſeculo tuo, ac beatæ immórtalitati victuro. Da igitur honorem aduenienti Spiritui ſancto, qui ex ſumma Dei arce deſcendẽs, exturbatis fraudibus tuis, diuino fonte purgatum pectus, id eſt, ſanctificatum Deo templum & habitaculum perficiat. Vt ab omnibus penitus noxijs præteritorum criminum liberatus hic ſeruus Dei N. gratias perenni Deo ſemper referat, & benedicat nomen eius ſanctum in ſecula ſeculorum. Reſp. Amen.

Repulſio Diaboli.

ERgo maledicte Diabole, recognoſce ſententiam tuam, & da honorem Deo viuo & vero, da honorem Ieſu Chriſto filio eius, & ſpiritui ſancto, & recede ab hoc famulo Dei N. quia hunc ſibi idem Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam & benedictionem, fontemq́ue baptiſmatis dono ſuo vocare dignatus eſt.

Hic iterum faciat crucem pollice manus dextræ in frõte baptizandi, & dicat: Et hoc ſignum ſanctæ cru ✠ cis, quod nos fronti eius damus, tu maledicte Diabole nunquam audeas violare. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Deinde Exorciſmus addatur.

EXorcizo te immunde ſpiritus in nomine Pa ✠ tris & Fi ✠ lij & Spiritus ✠ ſancti, vt exeas & recedas ab hoc famulo Dei N. ipſe enim tibi imperat maledicte, damnate atque damnande, qui pedibus ſuis ſuper mare ambulauit, & Petro mergenti dexteram porrexit, Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos & ſeculum per ignem. Reſp. Amen.

Repulſio Diaboli.

ERgo maledicte Diabole, recognoſce ſententiam tuam, & da honorem Deo viuo & vero, da honorem Ieſu Chriſto filio eius, & ſpiritui ſancto, & recede ab hoc famulo Dei N. quia hunc ſibi idem Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam, & benedictionem fontemq́; baptiſmatis dono ſuo vocare dignatus eſt. Hic rurſus faciat crucem pollice manus dextræ in fronte baptizandi & dicat: Et hoc ſignum ſanctæ cru ✠ cis, quod nos fronti eius damus, tu maledicte Diabole nunquam audeas violare, Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

ORATIO.

OREmus. Aeternam ac mitiſſimam pietatem tuam deprecor ſancte pater omnipotens, æterne Deus, luminis ac veritatis author, ſuper hũc famulum tuũ, vt digneris eum illuminare lumine intelligentiæ tuæ. Munda eum & ſanctifica, & da ei ſcientiam veram, vt dignus efficiatur accedere ad gratiam baptiſmi tui: Teneat firmam ſpem, cõſilium rectum, doctrinam ſanctam, vt aptus ſit ad percipiendam gratiam baptiſmi. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit &

regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus per omnia ſecula ſeculorum. Reſp. Amen. Verſ. Dominus vobiſcum. Reſp. Et cum Spiritu tuo. Verſ. Sequẽtia ſancti Euangelij ſecundum Matthæum. Reſp. Gloria tibi Domine.

Hoc dicto, faciat crucem in fronte, ore & pectore pueri, tangatq́; pectus ſtola ſuper id impoſita, dicens, Matt. xix.

In illo tempore. Oblati ſunt Ieſu paruuli, vt manus illis imponeret, & oraret. Diſcipuli autem increpabant eos. Ieſus vero ait illis: Sinite illos, & nolite prohibere eos ad me venire. Amen dico vobis, Talium enim eſt regnum cælorum. Hic remota ſtola, imponat Sacerdos manum ſuper caput infantis, & proſequatur dicens: Et cum impoſuiſſet eis manus, abijt inde. Deinde moneat patrinos & adſtãtes, vt orent flexis genibus, Orationem Dominicam, Salutationẽ Angelicam, & Symbolum Apoſtolorum, & ipſe quoque Sacerdos oret pro ſalute infantis. Et rurſus Exorciſmum proſequatur dicens:

NEc te lateat Sathana, imminere tibi pœnas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem iudicij, diem ſupplicij ſempiterni, diem qui venturus eſt ſicut clibanus ardens, in quo tibi atq; vniuerſis Angelis tuis æternus ſuperueniet interitus. Proinde damnate atque damnande, da honorem Deo viuo & vero, da honorem Ieſu Chriſto filio eius, & ſpiritui ſancto: in cuius nomine & virtute præcipio tibi, quicunque es Spiritus immunde, vt exeas & recedas ab hoc famulo Dei N. quem hodie idem Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiã & benedictionem fonteq́; baptiſmatis dono Spiritus ſancti vocare dignatus eſt, vt fiat ei templum, per aquã regenerationis in remiſſionem omnium peccatorum. In nomine eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus

turus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſeculū per ignem. Reſp. Amen.

His expletis, Sacerdos ſumat parum pulueris de terra, & in ſiniſtrę manus ſuæ vola cum ſputo ſuo commiſceat. Indeq; ſummens pollice & indice dextræ manus, tangat dextram auriculam infantis, in modum crucis, dicens:

In nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, Epheta, quod eſt adaperire. Deinde nares tangat, & ſubiungat, In odorem ſuauitatis. Mox ſiniſtram aurem tangēs dicat, Tu autem effugare Diabole. Appropinquat enim iudicium Dei. Poſt hæc aſpergat puerum cum patrinis aqua benedicta: & porrecta in manum tenentis cum extrema parte ſtolæ, inducat eum in eccleſiam dicendo: Ingredere in eccleſiā Dei, vt merearis computari inter filios Dei. In nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, Reſp. Amē. Tranſito limine, patrini cum baptizando ad fontem accedāt: Sacerdos aūt Chriſma afferens, ipſe quoq; accedat, & ſtans verſa ad orientem facie patrinos interroget:

Vultis puerum leuare de Sacro fonte?	Reſpō- deant patrini	Volumus.
Checcie to dziecie ze krzſtu podnieſc?		Checemy.
Wolt jr das Kindt auß der Tauffe heben?		Ja.

Sacerdos.

Nominetur puer	Reſpondeant	N.
Mienuie dziecie		
Nennet das Kindt		

Et mox repetens idipſum nomen Sacerdos, interroget ipſum puerum:

N. Abrenuncias Sathanæ?	Reſpondeant patrini	Abrenuncio.
N. Odrzekaſz ſie du cha zlego?		Odrzekam.
N. Wiederſagſtu dem Teuffel?		Ich wiederſage.

Quod

Quod ſi adultus baptizetur, ipſe pro ſe hoc, & quæ ſequuntur reſpondeat.

Sacerdos rurſus interroget.

Et omnibus pompis eius?	Reſponſio	Abrenuncio.
J wſſelkiej pychy jego?		Odrzekam.
Vnd aller ſeiner hoffart?		Jch wiederſage.

Sacerdos.

Et omnibus operibus eius?	Reſponſio	Abrenuncio.
J wſſytkich ſpraw jego?		Odrzekam.
Vnd allen ſeinen wercken?		Jch wiederſage.

Deinde Sacerdos dicat:	Nominetur puer	Reſpondeant patrini	N.
	Mienieie dziecie.		
	Nennet das Kindt.		

Tunc interroget de fide baptizandum dicens:

N. Credis in Deum patrem omnipotentem creatorem cœli & terræ? Reſp. Credo.

N. Wierziſſ w boga oyca wſſechmogacego / ſtworzyciela nieba i ziemie? Reſp. Wierze.

N. Gláubſtu in Gott Vátter almechtig / Schöpffer Himmels vnd der Erden? Reſp. Jch glaub.

Sacerdos.

Credis & in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum Dominum noſtrum, qui homo factus, paſſus & mortuus eſt, & reſurrexit à mortuis? Reſp. Credo.

Wierziſſ y w Jeſu Chriſta ſyna iego iedinego / pana naſſego / ktory ſtal ſie czlowiekiem / vmeczon / vmarl / y zmartwich wſtal? Reſp. Wierze.

Glaubſtu auch in Jeſum Chriſtum ſeinen einige Sohn / vnſern Herrn / der Menſch worden / gelitten vnd geſtorben / vnd von den todten iſt aufferſtanden? Reſp. Jch glaube.

Sacerdos

Credis & in Spiritum ſanctum?	Reſponſio	Credo.
Wierziſz tez w Ducha ſwietego?		Wierze.
Glaubſtu auch in den heilige Geiſt?		Ich glaub.

Sacerdos.

Credis & ſanctam eccleſiam Catholicam, ſanctorum communionem, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem, & vitam æternam? Reſp. Credo.

Polon Wierziſſ tez ſwiety powſſechny koſciol krzeſcijanſki/ ſwietych obcowanie / grzechow odpuſſczenie / ciala zmartwych-wſtanie/ y zywot wieczny? Reſp. Wierze.

Germ. Glaubſtu auch eine heilige allgemeine Chriſtliche kirche/ gemeinſchafft der Heiligen/ vergebung der ſünden/ aufferſtehunge des Fleiſches/ vnnd ein ewiges leben? Reſp. Ich glaube.

Sic finita Catecheſi, Sacerdos intincto pollice manus dextræ in oleum Catechumenorum, ſupra fontem linat pectus baptizandi in formam Crucis dicens: Ego te linio oleo ſalu ✠ tis. Et mox puero prono ſubijciens manũ ſuam ſiniſtram faciat aliam crucem eodem oleo inter Scapulas ſubiungendo: In Chriſto ✠ Ieſu Domino noſtro.

Quod ſi puer prius non eſt baptizatus, vt à principio notatum eſt, tunc Sacerdos alloquatur patrinos:

Nominetur puer.	Reſpondeat	N.
Mienie dziecie.		
Nennet das Kindt.		

Et ſtatim interroget eum Sacerdos:

N.	Vis baptizari?	Reſpondeant Patrini	Volo.
N.	Chceſs byc chrzcon?		Chce.
N.	Wiltu Getaufft werden?		Ich wil.

Et mox puero prona facie ad Fontem manente ipſe ſiniſtra manu ſua ei ſuppoſita, dextra de fonte aquam hauriat, & fundat ſuper caput eius tribus vicibus, ita quod aqua tangat caput & ſcapulas, dicens: **N. Ego te baptizo in nomine Pa ✠ tris,** fundat ſemel, **& Fi ✠ lij,** fundat ſecundo, **& Spiritus ✠ ſancti,** fundat tertiò, **Amen. Pax tecum.** Reſp. **Et cum ſpiritu tuo.**

Deinde proſequatur vnctionem, vt infra ibi, Patrino vel Patrina tenente. Si vero dubium eſt, ne forte baptizatus, vel non rite baptizatus ſit puer, tunc Sacerdos ita dicat: *Si dubium an rite baptizatus ſit*

N. Si tu es baptizatus, ego te non rebaptizo: ſi autem non es baptizatus, ego te baptizo, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen.

Similiter ter fundens aquam in caput eius. Et cōtinuet, Pax tecum. Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

Deinde proſequatur cætera, vt infra ibi, Patrino vel patrina tenente. Cæterum ſi certum erit eum baptizatum eſſe ſine cæremonijs, tunc Sacerdos ſtatim poſt linitionem olei omiſſis interrogationibus perfuſione & verbis ſupra ſcriptis: N. Ego te baptizo &c. peragat cætera quæ ſequuntur, videlicet: *Si baptizatus eſt.*

Patrino vel patrina tenente adhuc puerum ſupra fontem, Sacerdos intincto pollice in ſacrum Chriſma oret, dicens: *Siue baptizatus ſiue non.*

Deus omnipotens pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui te regenerauit ex aqua & Spiritu ſancto, quique dedit tibi remiſſionem omnium peccatorum.

Hic inungat in modum Crucis verticem pueri dicens: Ipſe te liniat Chriſma ✠ te ſalutis, in eodem Chriſto Ieſu Domino noſtro in vitam æternam, Amen.

Et ſtatim inducat cappam ſiue mitram candidam ſuper caput pueri, dicens:

Accipe veſtem candidam ſanctam, & immaculatam, quam perferas ante tribunal Chriſti, vt habeas vitam æternam. Amen. Pax tecum. Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

Tunc patrinus vterque tangat manu baptizatum, & ita fit verè patrinus vel compater, atque ita demum puer leuetur de fonte. Et Sacerdos iniungat patrinis dicens:

Admoneo vos, curetis, vt cum puer ad annos diſcretionis peruenerit, quantum poſſibile eſt, in fide recta inſtruatur, Orationemq; Dominicam, & Symbolum Apoſtolorum addiſcat, & vbi opus erit, teſtimonium perhibebitis, eum baptizatum eſſe.

Polon. Vpominam vas / gdy dziecie do ſwych liat rozumnych przijdzie/abyſcie ſie ſtarali/zeby ſie / ile mozno ieſt/ podvczylo prawdziwei viary a pacierza/ij dwunaſcie czlonkow viary krzeſcijanſkiei navczylo/a gdzieby potrzeba/ zebyſcie ſwiadectwo dali / ze krzeſt ſwiety przijclo.

Germ. Jch ermane euch/das jr fleiß thut / wenn das Kindt zu ſeinen vernünfftigen Jaren kommet / das es ſouil müglich vnterweiſet werde in dem rechten Glauben / das Vatter vnſer/vnnd die zwölff Artikel des Chriſtlichen glaubens lehrne/ vnd wo es von nöten/das jr gezeugnuß gebet / das es die heilige Tauffe entfangen habe.

Patrinis à fonte abeuntibus, Sacerdos ſale & aqua abluat manum dextram, præſertim pollicem illius ſupra lauatorium, iuxta fontem. Quod ſi deeſt, faciat ſuprà aliquod vas mundum, & aquam ablutionis effundat ſub altare, ſiue in oſſorium, ſiue in alium ſacrum locum. Poſtremo ad altare det cæreum accenſum in dextram manum baptizati, vel ad pectus eius ponat, dicens:

Accipe lampadem ardentem & irreprehenſibilem, cuſtodi baptiſmum tuum, ſerua mandata Dei, vt cum Domi-

Dominus venerit ad nuptias, poſſis ei occurrere, vna cum omnibus ſanctis in aula cœleſti, habeasque vitam æternam, & viuas in ſecula ſeculorum. Amen. Vade in pace, fides tua te ſaluum fecit.

Sacerdos non exigat quicquam pro baptiſmo, contentus eo, ſi quid vltro offertur.

Pro baptiſmo nihil exigat.

Caueat autem, ne quenquam hæreticum aut Schiſmaticum admittat, vt ſit patrinus, ſub pœna excommunicationis.

Hæreticus & Schiſmaticus, vt ſit Patrinus, non admittendus.

Nomen vero baptizati & parentum eius, & loci vel pagi, vnde eſt, cum nominibus patrinorũ ſiue compatrum, ac die quo eum baptizauit, in matriculã inſcribat, ſecundum Decretum Concilij Tridentini.

Nomina baptizatorum &c. in matriculam inſcribenda.

FORMVLA BAPTIZANDI FOEMELLAM.

In primis quærat Sacerdos è patrinis lingua ipſis nota.

Polon. Jako ma bye imie temu dzieciecіu?
Germ. Wie ſoll diß Kindt heiſſen?

Reſpondeant illi N.

Cognito nomine ter in faciem puellæ per modum crucis leniter inſufflet, dicens.

Exi immunde Spiritus ab hac imagine Dei, & da locum aduenienti Spiritui ſancto, & da honorem Deo viuo & vero.

Dehinc faciat crucem in fronte & pectore eius, & dicat:

Accipe ſignaculum crucis, tam in fron ✠ te, quàm in pecto ✠ re, ſume fidem cœleſtium præceptorum: Talis eſto moribus, vt templum Dei iam eſſe poſſis, receptaq́; in eccleſiã Chriſti, euaſiſſe te laqueos Diaboli læta agnoſce,

ſce, horreſce idola, reſpue ſimulachra, cole Deum patrem omnipotentem, & Ieſum Chriſtum filium eius. Qui cum eodem Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus Per omnia ſecula ſeculorum. Reſp. Amen.

ORATIO.

OReműs. Omnipotens ſempiterne Deus, pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, reſpicere dignare ſuper hanc famulam tuam, quam ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnemq́; cœcitatem cordis ab ea expelle. Diſrumpe omnes laqueos Sathanæ, quibus fuit alligata. Aperi ei Domine ianuam pietatis tuæ, vt ſigno ſapientiæ tuæ imbuta, omnium cupiditatum fœtoribus careat, & ad ſuauem odorem præceptorum tuorum læta in Eccleſia tua tibi deſeruiat, & proficiat de die in diem, vt idonea efficiatur accedere ad gratiam baptiſmi tui, percepta medicina cœleſti. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Deinde interroget rurſum nomen baptizandę, dicęns: Nominetur puer.

Polon. Mieńcie dziecie.
Germ. Nennet das Kindt.

Et mittat pauxillulum de ſale exorcizato duobus digitis in os eius, nomen eius exprimēs, & dicens: N. Accipe ſalem ſapientiæ, vt Chriſtus ſit tibi propitiatus in vitam æternam. Reſp. Amen. Verſ. Pax tecum. Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

ORATIO.

ORemus. Deus patrum noſtrorum, Deus vniuerſæ conditor creaturæ, te ſupplices exoramus, vt hanc famulam tuam N. reſpicere digneris propitius, & hoc primum pabulum ſalis guſtantem, non diutius eſurire per-

mittas,

mittas, quo minus expleatur cibo cœleſti, quatenus ſit ſemper Spiritu feruens, ſpe gaudens, nomini tuo ſeruiens: & perduc eam ad nouæ regenerationis lauacrum, vt cum fidelibus tuis promiſſionum tuarum æterna præmia conſequi mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Reſp. Amen.

ORATIO.

ORemus. Deus cœli, Deus terræ, Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Prophetarum, Deus Patriarcharum, Deus Apoſtolorum, Deus Martyrum, Deus Confeſſorum, Deus Virginum, Deus omnium bene viuentium, Deus cui omnis lingua confitetur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, te inuoco Domine ſuper hanc famulam tuam N. vt digneris eam cuſtodire, & perducere ad gratiam baptiſmi tui. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Repulſio Diaboli.

ERgo maledicte Diabole, recognoſce ſentētiam tuam, & da honorem Deo viuo & vero, da honorem Ieſu Chriſto filio eius, & Spiritui ſancto, & recede ab hac famula Dei N. quia hanc ſibi idem Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ad ſuam ſanctam gratiam & benedictionem, fontemq; baptiſmatis dono ſuo vocare dignatus eſt.

Hic faciat crucem pollice manus dextræ in fronte baptizandæ & dicat:

Et hoc ſignum ſanctæ cru ✠ cis, quod nos fronti eius damus, tu maledicte Diabole nunquam audeas violare. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum.

Reſp. Amen.

ORA-

ORATIO

ORemus. Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, Deus qui tribus Iſrael de Aegyptiaca ſeruitute liberaſti, Suſannam de falſo crimine eripuiſti, te ſupplices exoramus, vt liberes & hanc famulam tuam de poteſtate Diaboli, & perducere eam digneris ad gratiam baptiſmi tui. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Repulſio Diaboli.

ERgo maledicte Diabole, recognoſce ſententiam tuam, & da honorem Deo viuo & vero, da honorem Ieſu Chriſto filio eius, & ſpiritui ſancto, & recede ab hac famula Dei N. quia hanc ſibi idem Deus, & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam & benedictionem fontemque baptiſmatis dono ſuo vocare dignatus eſt.

Hic iterum faciat crucem pollice manus dextræ in fronte baptizandæ, & dicat:

ET hoc ſignum ſanctæ cru ✠ cis, quod nos fronti eius damus, tu maledicte Diabole, nunquã audeas violare. Per eundem Chriſtũ Dominum noſtrum. Reſp. Amẽ.

Deinde Exorciſmum addat.

EXorcizo te immunde Spiritus per Pa ✠ trem & Fili ✠ um, & Spiritum ✠ ſanctũ, vt exeas & recedas, ab hac famula Dei N. Ipſe enim tibi imperat maledicte, damnate, qui cœco nato oculos aperuit, & quadriduanum Lazarum de monumento ſuſcitauit.

Repulſio Diaboli.

ERgo maledicte Diabole recognoſce ſentẽtiam tuam, & da honorem Deo viuo & vero, da honorem Ieſu

Chriſto filio eius,& ſpiritui ſancto,& recede ab hac famula Dei N. quia hanc ſibi idem Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam & benedictionem fontemq; baptiſmatis dono ſuo vocare dignatus eſt.

Hic faciat rurſus crucē pollice manus dextræ in fronte baptizandæ,& dicat:

Et hoc ſignū ſanctæ cru ✠ cis,quod nos fronti eius damus,tu maledicte Diabole nunquam audeas violare. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

ORATIO.

OREmus. Aeternam ac mitiſſimam pietatem tuam deprecor Domine ſancte pater omnipotens, æterne Deus,luminis ac veritatis author, ſuper hāc famulam tuam,vt digneris eam illuminare lumine intelligentiæ tuę. Munda eam,& ſanctifica,& da ei ſcientiam veram, vt digna efficiatur accedere ad gratiam baptiſmi tui. Teneat firmam ſpem,conſilium rectum,doctrinam ſanctam,vt apta ſit,ad percipiendam gratiam baptiſmi. Per Dominū noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, Qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus,per omnia ſecula ſeculorum. Reſp. Amen. Verſ. Dominus vobiſcum. Reſp. Et cum ſpiritu tuo. Verſ. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. Reſp. Gloria tibi Domine.

Hoc dicto faciat crucem in fronte, ore, & pectore puellæ, tangatq; pectus eius ſtola ſuper id impoſita, dicens, Matthæi xix.

In illo tempore. Oblati ſunt Ieſu paruuli,vt manus illis imponeret,& oraret: Diſcipuli autem increpabāt eos: Ieſus vero ait illis, Sinite illos, & nolite prohibere eos ad me venire. Amen dico vobis: Talium enim eſt regnum cœlorum. Hic remota ſtola imponat Sacerdos manum

ſuper caput infantis, & proſequatur, dicens: Et cum impoſuiſſet eis manus, abijt inde. Deinde moneat Patrinos & adſtantes, vt orent flexis genibus Pater noſter, Aue Maria, Credo in Deum. & ipſe quoque Sacerdos oret pro ſalute infantis. Et rurſus Exorciſmum proſequatur, dicens:

NEc te lateat Sathana, imminere tibi pœnas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diē iudicij, diem ſupplicij ſempiterni, diem qui venturus eſt ſicut clibanus ardens, in quo tibi atque vniuerſis angelis tuis æternus ſuperueniet interitus. Proinde damnate atque damnande, da honorem Deo viuo & vero, da honorem Ieſu Chriſto filio eius, & Spiritui ſancto, in cuius nomine & virtute præcipio tibi, quicunq; es Spiritus immūde, vt exeas & recedas ab hac famula Dei N. quam hodie idem Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam, & benedictionem fontemq́; baptiſmatis dono Spiritus ſancti vocare dignatus eſt, vt fiat ei templum per aquam regenerationis, in remiſſionem omnium peccatorum. In nomine eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem. Reſp. Amen.

His expletis Sacerdos ſumat parum pulueris de terra, & in ſiniſtræ manus ſuę vola cum ſputo ſuo commiſceat: indeq́ue ſumens pollice & indice dextræ manus, tangat dexteram auriculam infantis in modum crucis, dicens: In nomine Patris & Fi ✠ lij & Spiritus ſancti, Epheta, quod eſt, adaperire.

Deinde nares tangat, & ſubiungat: In odorem ſuauitatis. Mox ſiniſtram aurem tangat, dicens: Tu autem effugare Diabole, appropinquat enim iudicium Dei. Poſt hæc, aſpergat puerum cum patrinis aqua benedicta

benedicta: & porrecta in manum tenẽtis eum extrema parte ſtolæ, inducat eum in Eccleſiam, dicendo: Ingredere in Eccleſiam Dei, vt merearis computari inter filios Dei, In nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti Amen. Tranſito limine, patrini cum baptizando ad fontem accedant.

Sacerdos autem Chriſma afferens ipſe quoque accedat: & ſtans verſâ ad orientem facie, reliqua proſequatur, vt ſuprà in formula baptizandi maſculum, incipiendo ab eo loco, vbi ſcriptum eſt: Vultis puerum leuare?

FORMVLA BAPTIZANDI DVOS, VEL PLVres infantes, ſiue ij ſint Maſculi, ſiue Fœmellæ, ſiue partim Maſculi, partim Fœmellæ.

NOTA verò, quod vbi tale ſignum ⋆ occurrerit, ea verba, quæ illud ſequuntur, vſque ad ſignum parentheſis, dicuntur, quando baptizantur plures Maſculi, vel Maſculi & Fœmellæ ſimul, omiſſis illis, quæ in parentheſi ſunt. Quando vero Fœmellæ tantum baptizantur, tunc pro ijs dicantur ea quæ ſunt in parentheſi ( ) & ſubſequentia continuentur. Ante ianuam templi interroget Sacerdos patrinos aſtantes cum pueris, ſintne Maſculi, an Fœmellæ: an partim Maſculi, partim Fœmellæ. Et quo nomine quemlibet eorum vocari velint lingua ipſis nota, videlicet:

Polon.	Chlopieta ſa czy dziewczetaꝛ Jako ma byc imie themuꝛ A themu iakoꝛ	Reſp. N.

Germ. { Sein es Knäblein oder Mägdlein?
Wie ſoll diß heiſſen?
Wie den diß? } Reſp. N.

Cognitis nominibus Sacerdos ter in faciem vniuſcuiuſque pueri per modum crucis leniter inſufflet, dicens ſuper quemlibet:

Exi immunde Spiritus ab hac imagine Dei, & da locum aduenienti Spiritui ſancto, & da honorem Deo viuo & vero. Dehinc faciat crucem in fronte & pectore ſingulorum, dicens ſuper vnumquemque: Accipe ſignaculum crucis tam in fron ✠ te quàm in pecto ✠ re.

Et cùm ita ſingulos ſignauerit, proſequatur ſuper omnes ſimul dicendo:

Sumite fidem cœleſtium præceptorum. Tales eſtote moribus, vt templa Dei iam eſſe poſſitis, * receptique (receptæque) in Eccleſiam Chriſti, euaſiſſe vos laqueos Diaboli * læti (lætæ) agnoſcite: horreſcite idola: reſpuite ſimulachra: colite Deum omnipotentem, & Ieſum Chriſtum filium eius, qui cum eodem patre & ſpiritu ſancto viuit, & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum. Reſp. Amen.

ORATIO.

Oremus. Omnipotens ſempiterne Deus, pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, reſpicere dignare ſuper * hos famulos tuos, quos (has famulas tuas, quas) ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnemque cæcitatem cordis ab eis expelle. Diſrumpe omnes laqueos Sathanæ,

thanæ,quibus fuerunt ⋆ alligati (alligatæ.) Aperi eis Domine ianuam pietatis tuæ, vt ſigna ſapientiæ tuæ ⋆ imbuti (imbutæ) omnium cupiditatum fœtoribus careant, & ad ſuauem odorem præceptorum tuorum ⋆ læti (lætæ) in Eccleſia tua tibi deſeruiant, & proficiant de die in diem, vt ⋆ idonei (idoneæ) efficiantur accedere ad gratiam baptiſmi tui percepta medicina cœleſti. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Deinde Sacerdos interroget rurſus nomen vniuſcuiuſque baptizandi, dicens: Nominetur puer. & mittat pauxillulum de ſale exorcizato duobus digitis in os eius, nomen eius exprimens, & dicens: N. Accipe ſalem ſapientiæ, vt Chriſtus ſit tibi propitiatus in vitam æternam. Reſp. Amen. Verſ. Pax tecum. Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

ORATIO.

OREmus. Deus patrum noſtrorum, Deus vniuerſæ conditor creaturæ, te ſupplices exoramus, vt ⋆ hos famulos tuos (has famulas tuas) N. & N. reſpicere digneris propitius, & hoc primum pabulum ſalis guſtantes, diutius eſurire non permittas, quo minus expleantur cibo cœleſti, quatenus ſint ſemper ſpiritu feruentes, ſpe gaudentes, nomini tuo ſeruientes, & perduc ⋆ eos (eas) ad nouæ regenerationis lauacrum, vt cum fidelibus tuis promiſſionum tuarum æterna præmia conſequi mereantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen. Sequens oratio, Deus Abraham, dicitur quando baptizandi ſunt diuerſi ſexus, vel ſoli maſculi.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Si vero ſolæ ſint fœminæ, loco illius dicatur Oratio, **Deus cœli,** vt infrà.

ORATIO.

ORemus. Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, Deus qui Moyſi ſeruo tuo in monte Synai apparuiſti: & filios Iſrael de terra Aegypti eduxiſti, deputans eis Angelum pietatis tuæ, qui cuſtodiret eos die ac nocte: te quæſumus Domine, vt mittere digneris ſanctos Angelos tuos, qui ſimiliter cuſtodiant hos famulos tuos N. & N. & perduc eos ad gratiam baptiſmi tui. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen. Ergo maledicti. vt infra.

ORATIO.

ORemus. Deus cœli, Deus terræ, Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Prophetarum, Deus Patriarcharum, Deus Apoſtolorum, Deus Martyrum, Deus Confeſſorum, Deus Virginum, Deus omnium bene viuentium, Deus cui omnis lingua cõfitetur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum: te inuoco Domine ſuper has famulas tuas N. & N. vt digneris eas cuſtodire, & perducere ad gratiam baptiſmi tui. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Repulſio Diabolorum.

ERgo maledicti Diaboli, recognoſcite ſententiam veſtram, & date honorem Deo viuo & vero. Date honorem Ieſu Chriſto filio eius, & Spiritui ſancto, & recedite ab his famulis Dei N. & N. quia * hòs (has) ſibi idem Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam

ſanctam

ſanctam gratiam & benedictionem, fontemq́; baptiſmatis dono ſuo vocare dignatus eſt.

Hic faciat crucem pollice manus dextræ in frõte vniuſcuiuſq; baptizandi, dicens:

Et hoc ſignum ſanctæ cru ✠ cis, quod nos frontibus ⋆ eorum (carum) damus, vos maledicti Diaboli nunquam audeatis violare. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Sequens Oratio, Deus immortale præſidium, dicitur, quando baptizandi ſunt diuerſi ſexus, vel ſoli maſculi. Si vero ſolæ fœmellæ fuerint, loco illius dicatur Oratio, Deus Abraham, vt infrà.

ORATIO.

OREmus. Deus immortale præſidium omnium poſtulantium, liberatio ſupplicãtium, pax rogantium, vita credentium, reſurrectio mortuorum: te inuoco ſuper hos fideles tuos N. & N. qui baptiſmi tui donum petentes, æternam conſequi gratiam ſpirituali regeneratione deſiderant. Accipe eos Domine, qui dignatus es dicere: Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis. Petentibus itaq; præmium porrige, & ianuam pande pulſantibus, vt æternam cœleſtis lauacri benedictionem conſecuti, promiſſa tui muneris regna percipiant. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen. Ergo maledicti, vt infrà.

ORATIO.

OREmus. Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, Deus qui tribus Iſraël de Aegyptiaca ſeruitute liberaſti, Suſannam de falſo crimine eripuiſti: te ſupplices exoramus, vt liberes & has famulas tuas de poteſtate Diabo-

Diaboli, & perducere eas digneris ad gratiam baptiſmi tui. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Repulſio Diabolorum.

ERgo maledicti Diaboli, recognoſcite ſententiam veſtram, & date honorem Deo viuo & vero, date honorem Ieſu Chriſto filio eius, & Spiritui ſancto, & recedite ab his famulis Dei N. & N. quia * hos (has) ſibi idē Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam & benedictionem, fontemq; baptiſmatis dono ſuo vocare dignatus eſt.

Hic iterum faciat crucem pollice manus dextræ in fronte vniuſcuiuſque baptizandi, dicens:

Et hoc ſignum ſanctæ cru ✠ cis quod nos frontibus * eorum (earum) damus, vos maledicti Diaboli nunquam audeatis violare. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

EXORCISMVS dicendus ſuper baptizandis diuerſi ſexus, vel ſolis maſculis.

EXorcizo vos immundi ſpiritus, in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti, vt exeatis & recedatis ab his famulis Dei N. & N. Ipſe enim vobis imperat maledicti atque damnati, qui pedibus ſuper mare ambulauit, & Petro mergenti dextrā porrexit Ieſus Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem.

Exorciſmus ſuper Fœmellas tantum.

EXorcizo vos immundi ſpiritus per Pa ✠ trem, & Fi ✠ lium, & Spiritum ✠ ſanctum, vt exeatis & recedatis ab his famulabus Dei N. & N. Ipſe enim vobis imperat

perat maledicti, damnati, qui cœco nato oculos aperuit, & quatriduanum Lazarum de monumento ſuſcitauit.

Repulſio Diabolorum.

ERgo maledicti Diaboli, recognoſcite ſententiam veſtram, & date honorem Deo viuo & vero, date honorem Ieſu Chriſto filio eius, & Spiritui ſancto, & recedite ab his famulis Dei N. & N. quia * hos (has) ſibi idem Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam & benedictionem, fontemq́; baptiſmatis dono ſuo vocare dignatus eſt.

Hic rurſus faciat crucē pollice manus dextræ in fronte vniuſcuiuſque baptizandi, dicens:

Et hoc ſignum ſanctæ cru ✠ cis, quod nos frōtibus * eorum (earum) damus, vos maledicti Diaboli nū-quam audeatis violare. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

ORATIO.

ORemus. Aeternam ac mitiſſimā pietatem tuam deprecor ſancte pater omnipotens æterne Deus, luminis ac veritatis author, ſuper * hos famulos tuos (has famulas tuas) vt digneris * eos (eas) illuminare lumine intelligentiæ tuæ. Munda * eos (eas) & ſanctifica, & da eis ſcientiam veram, vt * digni (dignæ) efficiantur accedere ad gratiam baptiſmi tui. Teneant firmam ſpem, conſilium rectum, doctrinam ſanctam, vt * apti (aptæ) ſint ad percipiendā gratiam baptiſmi. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Reſp. Amen. Verſ. Dominus vobiſcum. Reſp. Et cum ſpiritu tuo. Verſ.

Sequentia ſancti Euãgelij ſecundum Matthæum. *Reſp.*
Gloria tibi Domine.

Hoc dicto faciat crucem in fronte, ore, & pectore vniuſcuiuſque pueri, tangatque pectus ſingulorum ſtola admota, quam ſuper vltimo relinquat vſque ad Euangelij finem, & dicat:

IN illo tempore, Oblati ſunt Ieſu paruuli, vt manus illis imponeret, & oraret. Diſcipuli autem increpabant eos. Ieſus vero ait illis: Sinite illos, & nolite prohibere eos venire ad me. Amen dico vobis. Talium eſt enim regnum cœlorum.

Hic remota ſtola, imponat manum ſuper caput vniuſcuiuſque, & proſequatur, dicens: Et cum impoſuiſſet eis manus, abijt inde.

Deinde moneat patrinos, & aſtantes, vt orent flexis genibus, Pater noſter, Aue Maria, Credo. Ipſe quoque oret pro ſalute infantium: Et rurſus proſequatur exorciſmum, dicens:

NEc vos lateat Sathanæ, imminere vobis pœnas, imminere vobis tormenta, imminere vobis diē iudicij, diem ſupplicij ſempiterni, diem qui venturus eſt ſicut clibanus ardens, in quo vobis & vniuerſis ſocijs veſtris æternus ſuperueniet interitus. Proinde damnati, atque damnandi, date honorem Deo viuo & vero, date honorem Ieſu Chriſto filio eius, & Spiritui ſancto, in cuius nomine & virtute præcipio vobis, quicunque eſtis Spiritus immundi, vt exeatis & recedatis ab his famulis Dei N. & N. ⁎ quos (quas) hodie idem Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam & benedictionem, fontemque baptiſmatis dono Spiritus ſancti vocare dignatus eſt, vt fiant ei templa per aquam regenerationis in remiſſionem omnium peccatorum, In nomine eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ventu-

venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem. Reſp. Amen,

His expletis Sacerdos ſumat parum pulueris de terra: & in ſiniſtræ manus ſuæ vola cum ſputo ſuo commiſceat: Indeq; ſumens pollice & indice dextræ manus, tangat dextram auriculam vniuſcuiuſq; infantis in modũ crucis, dicens ad ſingulos: In nomine Pa✠tris & Filij & Spiritus ſancti, Epheta, quod eſt adaperire. Deinde nares cuiuſlibet tangat, & ſubiungat: In odorem ſuauitatis.

Mox ſiniſtram aurem cuiuſque tangat & dicat: Tu autem effugare Diabole, appropinquat enim iudiciũ Dei. Poſthęc, aſpergat pueros cum patrinis aqua benedicta, & porrecta in manus tenentium eos, vel vnius duntaxat extrema parte ſtolæ, inducat eos in eccleſiam dicendo: Ingredimini in Eccleſiam Dei, vt mereamini cõputari inter filios Dei. In nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Reſp. Amen. Tranſito limine, patrini cum baptizandis ad fontem eant: Sacerdos aũt Chriſma afferens, ipſe quoq; accedat, & ſtans iuxta fontẽ verſa ad orientem facie, patrinos cum vno puero aduocet (alijs ad partem ſtantibus vel ſedentibus) Ac cætera circa eum peragat, ita vt ſupra ſcriptum eſt in vno baptizando, incipiens ab illa interrogatione: Vultis puerum leuare? &c. vſque ad inductionem cappæ, cum adiunctis inibi verbis. Vno autem puero ſic abſoluto, & ſecedentibus cũ eo paululum patrinis, eadem omnia, eodem modo, circa alterum, vel ſi plures fuerint, circa vnum quenque peragat: atque ita is quoque, vel ij leuentur de fonte.

Poſſent tamen ea etiam, quæ circa fontem peraguntur, in duobus vel pluribus infantibus ſimul peragi, in neceſſitate præſertim, exprimendo nomina ſingulorum, & faciendo Catecheſim, ſiue interrogationes in plurali numero, ad hunc modum:

N. & N. Abrenunciatis Sathanæ?
N. ij N. Odrzekacie ſie ducha zlego?
N. vnd N. Wiederſaget jr dem Teuffel?

Reſpondeant patrini, vel pro ſuo quiſque in ſingulari, vel omnes pro omnibus ſimul in plurali.

Polon. Odrzekamy. Germ. Ja/wir wiederſagen.

Et ad eundem modum fiant cæteræ interrogationes & reſponſiones etiam de fide.

Deinde vnū poſt alium inungat Sacerdos ſupra fontem oleo, & mox baptizet aqua perfundendo, Chriſmate inungat, cappam imponat, & cæreum porrigat, pronuncians in ſingulari verba cuilibet actui accōmodata, vt ſupra in formula vnius baptizādi. Poſſet etiam in extremo periculo vnctiones omittendo oēs ſimul infantes aqua è ſacro fonte hauſta perfundere vel aſpergere, dicendo: Ego vos baptizo &c.

Atque ita veriſimile eſt, baptizata eſſe ab apoſtolis die Pentecoſtes 3000. & altera die 5000. hominum. Si quid vero abſq; neceſſitate omittatur, peccat grauiter omittēs. Eſſet tamen nihilominus verus baptiſmus, præterquā ſi perfuſio aquæ cum ſuis verbis formalibus omitteretur. Deinde Sacerdos conuocatis ſimul omnibus patrinis cum pueris iniungat eis dicens, lingua ipſis nota:

Admoneo vos, curetis, vt cū pueri iſti ad annos diſcretionis peruenerint, quantum poſſibile eſt, in fide recta inſtruantur. Orationemq; Dominicam & Symbolū Apoſtolorum addiſcant, & vbi opus erit, teſtimonium perhibebitis, eos baptizatos eſſe.

Polon. Napominam vas/gdy ty dzieci do ſwych liat rozumnych przijda/bedziecie ſie ſtarac/zebyſcie/ ile mozno ieſt/ podvczyly prawdziwei wiary/y pacierza/ y Greda/tho ieſt dwunaſcie czlonkow wiary krzeſcijanſkiei navczyly / a gdzieby potrzeba/ zebyſcie ſwiadectwo dali/ze krzeſt ſwiety przijeli.

Germ.

Germ. Ich ermane euch / das jr fleiß thut / wen die Kinder zu jren vernünfftigen jaren komen werden / das ſie / ſouil es müglich vnterwieſen werden in dem rechtem glauben / vnd das Vatter vnſer / vnd den Glauben lerhnen / Vnd / wo es von nöten / das jr gezeugniß gebet / das ſie die heilige Tauffe entpfangen haben /

His peractis, admoueat Sacerdos vniuſcuiuſq; baptizati manus vel pectori cæreum accenſum dicens: Accipe lampadem &c. vt ſuprà in baptiſmo vnius.

INFIRMI PVERI BREuior Baptiſmus.

SI debilis ſit infans, ita vt timeatur, ne inter baptizandũ moriatur, Sacerdos in templũ vel domum accerſitus ad puerum, ſic eum breuiter baptizabit. Primum quæret de nomine puero imponendo. Deinde inſufflans in faciem eius, dicet: Exi immunde Spiritus ab hac imagine Dei, & da locum aduenienti Spiritui ſancto: & da honorem Deo viuo & vero.

Deinde faciat crucem in fronte & pectore eius & dicat:

Accipe ſignaculum crucis tam in fron ✠ te, quàm in pecto ✠ re, ſume fidem cœleſtium præceptorum: Talis eſto moribus, vt templũ Dei iam eſſe poſſis * receptusq; (receptaq;) in Eccleſiã Chriſti, euaſiſſe tè laqueos Diaboli * lætus (læta) agnoſce. Horreſce idola: reſpue ſimulachra: cole Deum patrem omnipotentẽ, & Ieſum Chriſtũ filium eius, qui cum eodem patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat Deus. Per omnia ſecula ſeculorum.

℟eſp. Amen.

ORATIO.

ORemus. Omnipotẽs ſempiterne Deus pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, reſpicere dignare ſuper * hũc

famulum tuũ (hãc famulam tuã) * quem (quam) ad rudimẽta fidei vocare dignatus es: omnẽq; cœcitatem cordis ab * eo (ea) expelle: Diſrumpe omnes laqueos Sathanæ, quibus fuit * alligatus (alligata) Aperi ei Domine ianuam pietatis tuæ, vt ſigno ſapientiæ tuæ * imbutus (imbuta) omniũ cupiditatum fœtoribus careat, & ad ſuauẽ odorem præceptorum tuorum * lætus (læta) in Eccleſia tua tibi deſeruiat, & proficiat de die in diem, vt * idoneus (idonea) efficiatur accedere ad gratiam baptiſmi tui, percepta medicina cœleſti. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

His peractis interroget puerum, vocans eum nomine ſuo ſicut ſupra apud fontem: N. Abrenuncias Sathanę? & Symbolum an credat. Poſtremò an velit baptizari? Deinde perfundat eũ aqua dicẽs: N. Ego te baptizo &c. Mox liniat eum Chryſmate, ſi id habet, orãs: Deus omnipotens &c. Et inducat cappam ſuper caput pueri cum verbis illis: Accipe veſtem &c. Patrinis autem vel patrino, patrinæúe, & aſtantibus iniungat vt orent. Pater noſter. Aue Maria. Credo.

CAVTELAE CIRCA BAPTISMVM obſeruandæ.

CAueat autem Sacerdos, ne ſine cauſſa neceſſitatis, in domibus priuatis, niſi Reges vel Principes baptizet: Præterea ne quempiam inuitum. Nec Iudæum, vel Paganum in fide nondum inſtructum, niſi imminente neceſſitate. Nec amẽtem aut furioſum, niſi lucida habuerit interualla, aut niſi a Natiuitate amẽs, in infantia antequam de amentia conſtaret baptizaretur: Nec puerum in vtero matris totaliter exiſtentem: Nec monſtrum antequam diju-

dijudicetur, an vnus aut plures homines, maſculi aut fœminæ ſint, baptizare præſumat. Inſuper, ne ſale, quo Dominicis diebus aquam exorcizat, in Cathecumenorũ exorciſmis vtatur, ſed in alio vaſe pro exorcizandis ſal benedicat: Diuerſas enim habent benedictionis & exorciſmi formulas. Nec chriſmate veteri ſub depoſitionis pœna vtatur. Nec in fronte etiamſi nouum ſit, vllo pacto inungat. Nec in mortali peccato exiſtens, niſi neceſſitate vrgente, baptizet: quia mortaliter peccat, licet Sacramentum conferat. Oportet præterea huius, ſicut & cæterorum Sacramentorum diſpenſatorem, intentionem habere actualem, vel ad minus habitualem, explicitam vel implicitam conferendi Sacramentum, vt accedente verbo ad elementum, fiat Sacramentum, alioquin nihil efficit.

OBSTETRICVM INFORMATIO.

Circa partum vero, ſi mulier periculoſe laboret, cum primum aliquod membrum infantis notabile extra vterum matris apparuerit, motum vitalem habẽs, obſtetrix, ſiue aliquis alius adſtans perfundat, vel aſpergat id aquâ ter, vel etiam ſemel, nullo nomine impoſito, dicens: **Ego te baptizo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.** Et ſic puer habebitur pro baptizato, etiam ſi mortuus extrahatur. Quod ſi vixerit, cœtera poſtea circa eum peragantur in templo à Sacerdote, ſecundum præſcriptam baptizandi formulam, perfuſione tantum, cũ modò memoratis formalibus baptiſmi verbis omiſſa: præſertim ſi circa partũ caput perfuſum fuerit. Nam ſi duntaxat aliquod aliud minus principale membrum perfuſum fuerit, debet Sacerdos denuo caput perfundere, dicens: **Si tu es baptizatus, nõ te rebaptizo.** Si autem

non

non es baptizatus, ego te baptizo, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

DE IIS QVI IN HAERESI & Schiſmate baptizati ſunt.

QVi ab Hæreticis vel Schiſmaticis baptizati ſunt, ritè baptizati eſſe cenſentur, ſi in baptizãdo legitima forma ſeruata eſt, hoc eſt, ſi immerſi, perfuſi, vel aſperſi ſunt aqua pura cum enunciatione horum verborum: Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Vel, Baptizetur ſeruus Dei, in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti: quemadmodum Ruſſi & Greci baptizant. Sic baptizatum rebaptizari non oportet.

Sed ſi is adultus ad catholicam Eccleſiam adiungere ſeſe velit, exorciſmi, exſufflationes, interrogationes, vnctiones, &c. præter formam baptiſmi & perfuſionem ei ad ſuprà ſcriptum modum adhiberi poſſunt & debent, ſi ipſe aſſentiatur. Sin recuſat, ne cogatur ad ea ſuſcipienda. Sed cùm baptiſmus extra Eccleſiam catholicam collatus, verus quidem, ſed non efficax, nec vtilis ſit adultis, & ratione vtentibus, ſi in ſchiſmate manſerint, debet talis abrenunciare ſchiſmati & hæreſi, & reconcilari ſiue incorporari Eccleſiæ priùs, quàm ad alia Sacramenta admittatur: Id vero fiat in hunc modum.

FORMVLA RECONCILIANDI SIVE INCORPORANDI Eccleſiæ Hæreticum & Schiſmaticum.

ANte omnia examinet eum priuatim Sacerdos de fide, & propoſito ipſius incorporandi ſe Eccleſiæ. Deinde indutus ſuperpellicio, & ſtola impoſita, interroget eum ante fores templi publice.

1 An nouerit Orationē Dominicā, & an credat duode cim articulos Fidei? Et iubeatur vtrūq; recitare.

2 An credat hanc eſſe ſanctam eccleſiam Catholicam, in qua nos ſumus, cuius caput ſiue moderator eſt Romanus Pontifex?

3 An abrenunciet ſchiſmati cui adhęſit, dogmatibusq́; Lutheranis, Caluinianis, Anabaptiſticis, Trideitarum, &c. ſi qua amplexus fuit?

4 An velit ei ipſi Eccleſiæ Catholicæ reconciliari, ſiue incorporari?

5 An velit doctrinam eius ſequi in omnibus?

6 An damnet hæreſes omnes ab eius doctrina diſſentientes, & articulos fidei ab ea damnatos?

Interrogationes ſupradictæ Polonicè.

1 Vmieſs paciers / y Credo? Reſp. Vmiem. Recitet.

2 Wierziß iz to ieſt ſvięty powſſechny koſciol / wktorym ieſteſmy / a ktorego glova y navyzſsym ſpravvca ieſt papieß Rzimski? Reſp. Vierze.

3. Odrzekaß ſie odſczepienſtwa ktoregos ſie do tich miaſt dzierzal / y Luterſkici / Calvinſkici / Novokrſczenſkici / Trideiſtkici / albo Servetſkici / y innych obledných nauk? Reſp. Odrzekam.

4 A chceſstemu to koſciolovi powſsechnemu pomirzon abo wcielon byc? Reſp. Chce.

5 Chceſs go tez ſluchac y naſladovac we wſselkici nauce iego? Reſp. Chce.

6 Potempiaſs tez abo przeklinaſs wſsitkie kacerſtwa y viary tego to koſciola nauce przeciwne? Reſp. Potempiam.

Interrogationes eædem Germanicè.

1 Kanſtu das Vatter vnſer vnd den Glauben. Reſp. Ja? Et iubeatur vtrumque recitare.

2 Glaubſtu das diß die Heilige allgemeine Catholiſche kirche iſt/in der wir ſein / vnd welcherer der Römiſch Bapſt ein haupt vnd öberſter Regierer iſt.

3 Verzeiheſtu dich auch der Spaltūge/ dero du anhengig geweſt / vnd der Lutheriſchen/ Caluiniſchen / Wiedertäuffiſchen/ Dreygötteriſchē / vñ aller anderer Ketzeriſchē lehre?

4 Wiltu dieſer Kirche verſönet vnd eingleibet werden?

5 Wiltu auch dieſer Kirchen lehre in allen folgen?

6 Verdammeſtu alle die Ketzerey/ſo dieſer Kirchēlehre vngemeß vnd vnwirdig ſein/vnd die Artikelen des Glaubens/ ſo von jr verdammet ſein?

Ad has interrogationes vbi ille aptè & affirmatiue reſponderit, imponat capiti eius manum Sacerdos,& alloquatur eum his verbis?

Ingredere in Eccleſiam Dei,à qua incautè aberraſti, ac euaſiſſe te laqueos mortis agnoſce. Reſpue omnem prauitatem hæreticam & Schiſmaticam. Cole Patrem & Filium eius, & Spiritum ſanctum, vnum verū Deum, ſanctam & indiuiduam Trinitatem, Fide, Spe, & Charitate, cum veris membris eiuſdem Eccleſiæ conſociatus,vt fias particeps omnium beneficiorum Chriſti,& bonorum Sponſæ eius, ipſius Eccleſiæ.

Poſt hæc porrecta extremitate ſtolæ in manum eius introducat eum in templum,& ante altare genua flectere iubeat. Ipſe verò ſtans in pede altaris verſa ad eum facie oret:

ORATIO.

ORemus. Omnipotens ſempiterne Deus,hanc ouem tuam de faucibus lupi tua virtute ſubtractam, paterna recipe pietate,& gregi tuo reforma pia benignitate, ne de familiæ tuæ damno inimicus exultet, ſed de conuerſione & liberatione eius Eccleſia tua,vt pia mater de filio inuen-

inuento gaudeat. Per Chriſtũ Dominum noſtrum. Amẽ.

Et imponens capiti eius manum rurſus dicat:

ORemus. Domine Deus omnipotens, pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui dignatus es hunc famulum tuum à damnabili ſchiſmate & errore prauitatis hæreticæ clẽmenter eruere, tu Domine emitte in eum Spiritum ſanctum tuum paracletum de cœlis: ſpiritum ſapientiæ & intellectus, ſpiritum conſilij & fortitudinis, ſpiritum ſcientiæ & pietatis, ſpiritum timoris tui: Adimple eum lumine ſplendoris tui, vt in nomine eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti ſigno crucis ✠ ſignetur in vitam æternam. Amen.

ET faciens crucem ſuper eum, exurgere eum faciat, ac tunc demum ad Confeſſionis & S. Euchariſtiæ ſacramenta, ſi paratus eſt, vel quando paratus erit, admittat.

Ad hunc modum reconciliari poſſunt ſimplices è plebe, qui per errorem & ignorantiã, vel timore Dominorum ſuorum cum hæreticis communicare ſoliti ſunt, & in ſchiſmate manſerunt.

Aliorum verò, qui ſcientes ac volentes id fecerunt, & contumaciter ſegregarunt ſeſe ab Eccleſia, præſertim dogmatiſtarum, reconciliandorum poteſtatem præsbyter non habet. Proinde remittat eos ad ſuperiorem.

MODVS COPVLANDI Matrimonio.

SAcerdos indutus ſuperpellicio & ſtola, in Eccleſia ſuper pedem alicuius altaris eminentis, vel coram venerabili Sacramento, iuxta morem cuiuſque loci, publice ſtans ſtatuat Maſculum ad dextram ſuam, & Fœminam ad ſiniſtram, verſus ad illos. Et primùm inſtruat copu-

landos & adſtantes cæteros Catecheſi quæ placuerit (quā vide in fine libri, de Matrimonio) Deinde dicat Verſ. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. Reſp. Qui fecit cælum & terram. Deinde quærat de nominibus Sponſi & Sponſæ. Quibus intellectis, appellet primò Sponſum, dicens: Polonice:

N. Maſz dobra a nieprzymuſzona volia y poſtano vieny vmyſl/ the N. ktora tu przed ſoba vidziſz / za malzonke ſobie poyac? Reſp. Mam.

N. Jeſlis ty nie ſliuboval ktorei inſzei wiary malzenſkiei? Reſp. Nieſliuboval.

Deinde ſimiliter interroget Sponſam.

Takze ty N. maſz tez dobra a nieprzymuſzona volia/ tego N. ktorego przed ſoba vidziß / za malzonka ſobie poyac? Reſp. Mam.

Takze ty N. ieſlis nieſliubovala ktoremu inemu wiary malzenſkiei? Reſp. Nieſliubovala.

Germanicè verò Sponſum interroget ſic:

N. Iſt es nun dein freier vngedrungner oder vngenötigter wille/vnd deine wolbedachte meinunge/dieſe N. hie gegenwertig für dein Ehelichs Weib anzunemen? Reſp. Jha.

Haſtu auch einer anderer deine Eheliche trew zugeſagt? Reſp. Nein.

Sponſam ſic:

N. Iſt es auch dein vngedrungner oder vngenötigter wille/ vnd deine wolbedachte meynunge/ dieſen N. hier gegenwertig für deinen Ehelichen Mañ anzunemmen? Reſp. Jha.

Haſtu auch einem anderem deine Ehliche trew zugeſagt? Reſp. Nein. Vtroque illud affirmante, hoc verò negante, dicat Sacerdos: Augeat in vobis Deus gratiam ſuam, & quod dicitis ore, opere impleatis. Per Chriſtum

ſtum Dominum noſtrum. Et poſtulet ab eis annulos, tenensq́; eos intra pollicem & indicem manus ſuæ ſiniſtræ, benedicat eos dicens:

ORATIO

OREmus. Creator & conſeruator humani generis, largitorq́; gratiæ Spiritualis, bene ✠ dicere digneris hos annulos, vt qui eos accepturi ſunt, gratia tua & Spiritu ſancto repleantur. Per Christum Dominum noſtrum Reſp. Amen.

Deinde imponat annulum Sponſæ, in dextrā manū Sponſi, in digito annulari, dicens: Annulo ſuo ſubarrauit me Dominus Ieſus Chriſtus, & tanquam Sponſum decorauit me corona. Similiter annulum Spōſi, imponat in in dextram Sponſæ manum, in digito annulari, dicens: Annulo ſuo ſubarrauit me Dominus Ieſus Chriſtus, & tanquam Sponſam decorauit me corona.

Quibus peractis, iubeat eos ſibi mutuo iungere dextras, quas Sacerdos manibus ſuis, modice contingens, dicat verba ſequentia vulgari ſermone: quæ ſunt verba de præſenti, & per quæ verè contrahitur Matrimonium, ſic vt vterque ea poſt Sacerdotem membratim, clarè & intelligibiliter proferat. Et appellans Sponſum, dicat ei Polonice: Mow za mna. Et proſequatur.

Ja N. biore ſobie ciebie N. za malzonke / y ſlubuiee miloſc / wiare y vtciwoſc malzenſka / a iz cie nie opuſſcze az do ſmierci. Tak mi pomoz panie Boze wſſechmogacy w troicy iedyny / y wſſyſcy ſwieci. Deinde Sponſæ dicat.

Ja N. biore ſobie ciebie N. za malzonka / y ſlubuiee miloſc / wiare / vtciwoſc / y poſluſsenſtwo malzenſkie / a iz cie nie opuſſcze az do ſmierci / Tak mi pomoz panie Boze wſſechmogacy w troicy iedyny / y wſſyſcy ſwieci.

Germanice vero Spōſum appellet ſic: Sprich mir nach:

Et proſequatur: Jch N. nehme dich N. mir zum Ehelichen Weib/vnd gelobe dir/lieb/trew/vnd ehre/dich auch nicht zuuerlaſſen/biß das vns der Todt ſcheidet/ſo wahr als mir Got helffe/vnd alle ſeine lieben Heiligen.

Deinde Sponſam: Sprich mir nach. Et proſequatur: Jch N. nehme dich N. mir zum Ehelichen Manne/vnnd gelobe dir liebe/trew ehre/vñ gebürlichen gehorſam/dich auch nicht zuuerlaſſen/biß das vns der Todt ſcheidet/ſo wahr als mir Gott helffe/vnd alle ſeine lieben Heiligen.

Quo peracto, Sacerdos ad circumſtantes dicat, & maxime ad eos, quos inſcribet teſtes in librum Matrimonio copulatorum:

Polonicè To wam badz ſwiadomo mili panovie y panie (albo przijaciele) a gdzieby byla potrzeba/dacie tego ſwiadectwo przed Bogiem y przed liudzmi. Et conuerſo ad contrahentes ſermone, colligans iunctas dextras eorum ſtola, in formam crucis, ſubiungat: A ia niedoſtoiny ſluga Bozy zlaczam vas wtho ſwiete malzenſtwo. Quos ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet. Et ideo Matrimonium inter vos contractum ratifico & benedico. In nomine Pa ✠ tris & Fi ✠ lij & Spiritus ✠ ſancti, Amē.

Germanicè Diß werdet jr lieben Herren vnd Frawen (oder Freundt) bezeugē/wo es von nöten thun würde vor Gott vnd vor der Welt. Et conuerſo ad contrahentes ſermone colligans iunctas dextras eorum ſtola in modum crucis, ſubiungat: Vnd ich als ein vnwirdiger diener Gottes/geb euch zwo Perſonen Ehelichen zuſamen. Quos ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet. Et ideo Matrimonium inter vos contractum ratifico & benedico: In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus, ✠ ſancti, Amen.

Poſtea ſublata ſtola dicat:

ORATIO.

ORemus. Quæſumus omnipotēs Deus, inſtituta prouiden-

uidentiæ tuæ pio fauore proſequere, vt quos legitima ſocietate cõnectis, lõgæua pace cuſtodias. Per Chriſtũ, &c. In fine dicat Sacerdos: Et benedictio Dei omnipotentis Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti, deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper, Amen. Creſcite in Domino, & multiplicamini, & replete terram, vt mereamini vitam æternam. Amen.

MODVS INTRODVCENDI Sponſam poſt nuptias.

SAcerdos ſuperpellicco indutus & ſtola, genu flectens ad pedem altaris, vel in alio loco conuenienti dicat:

Adiutorium noſtrum in nomine Domini. Qui fecit cælum & terram. Pſal. Beati omnes, qui timent Dominum, qui ambulant in vijs eius. Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es & bene tibi erit. Vxor tua ſicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ: Filij tui ſicut nouellæ oliuarum, in circuitu menſæ tuæ. Ecce ſic benedicetur homo, qui timet Dominum. Benedicat tibi Dominus ex Syon, & videas bona Ieruſalẽ, omnibus diebus vitæ tuę. Et videas filios filiorum tuorum, pacem ſuper Iſrael. Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio & nũc & ſemper &c. Deinde: Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon. Pater noſter, Aue Maria. Surgẽs eat ad fores Eccleſię, & dicat: Et ne nos inducas in tentationem. Reſp. Sed libera nos à malo. Verſ. Saluam fac ancillam tuam. Reſp. Deus meus ſperantem in te. Verſ. Domine exaudi orationem meam. Reſp. Et clamor meus ad te veniat.

ORATIO.

ORemus. Adeſto Domine ſupplicationibus noſtris, & in-

& inſtitutis tuis, quibus propagationem generis humani ordinaſti, benignus aſſiſte, vt quod te authore cõiunctum eſt, te auxiliante ſeruetur. Per Chriſtũ Dominum noſtrũ. Reſp. Amen. Deinde aſpergat Sponſam aqua benedicta, dicens: Per aquæ huius benedictæ aſperſionem, det tibi Dominus gratiam & benedictionem. Et porrigens ei ſtolam ad manum dextram, introducat eam, dicens: Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum, ex hoc nunc & vſque in ſeculum.

ORATIO.

Oremus. Prætende Domine famulæ tuæ dexteram cæleſtis auxilij, vt te toto corde perquirat, & quæ digne poſtulat, conſequi mereatur. Per Chriſtum Dominũ noſtrum. Reſp. Amen.

MODVS INTRODVCENdi Mulieres poſt partum.

SAcerdos ſuperpellicio indutus & ſtola, genu flectens ad pedem altaris, vel in alio loco competenti, dicat:

Adiutorium noſtrum in nomine Domini. Qui fecit cælum & terram. Pſal. Deus miſereatur noſtri & benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri. Vt cognoſcamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus ſalutare tuum. Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes. Lætentur & exultent gentes: quoniam iudicas populos in ęquitate, & gentes in terra dirigis. Confiteantur tibi populi Deus, cõfiteantur tibi populi omnes: Terra dedit fructum ſuũ. Benedicat nos Deus Deus noſter, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ. Gloria. Sicut &c. Kyrie eleiſon Chriſte eleiſon Kyrie eleiſon. Pater noſter.

ſter. Aue Maria. Surgens eat ad fores templi, dicens: Et ne nos inducas in tentationem. Reſp. Sed libera nos à malo. Verſ. Domine exaudi orationē meam. Reſp. Et clamor meus ad te veniat.

ORATIO.

OReremus. Omnipotens ſempiterne Deus, maieſtatem tuam ſuppliciter exoramus, vt ſicut vnigenitus tuus cum noſtræ carnis ſubſtantia eſt in templo præſentatus, ita facias hanc famulam tuam, cum prole ſua purificatis tibi mentibus præſentari, per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen. Deinde aſpergat eam aqua benedicta, dicens: Per aquę huius benedictæ aſperſionem, det tibi Dominus gratiam & benedictionem.

Et porrigens ei ſtolam ad manum dextram, introducat eam in Eccleſiam his verbis: Ingredere famula Domini in templum Dei, & adora filium virginis, qui tibi contulit fœcunditatem prolis, vt habeas vitam æternam. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. At tempore Interdicti, nō fiat talis introductio ſolennis, nec aliqua oratio dicatur, nec aſpergatur mulier, ſed præſente ſacerdote ſimpliciter in Eccleſiam ingrediatur.

AD INTRODVCENDAM Mulierem in partu mortuam.

PRimo dicatur Pſal. De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meam. Fiant aures tuę intendentes, in vocem depræcationis meæ. Si iniquitates obſeruaueris Domine: Domine quis ſuſtinebit. Quia apud te propitiatio eſt, & propter legem tuam ſuſtinui te Domine. Suſtinuit anima mea in verbo eius, ſperauit anima mea in Domino. A cuſtodia matutina vſ-

que ad noctem, ſperet Iſrael in Domino. Quia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio. Et ipſe redimet Iſraël ex omnibus iniquitatibus eius. Requiem æternam. Kyrieeleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon. Pater noſter. Aue Maria. Et ne nos inducas in tentationẽ. Reſp. Sed libera nos à malo. Verſ. A porta inferi. Reſp. Erue Domine animã eius. Verſ. Domine exaudi orationem meam. Reſp. Et clamor meus ad te veniat.

ORATIO.

OREmus. Da quæſumus omnipotẽs ſempiterne Deus, huic famulæ tuę dignum fructum pœnitentiæ, vt Eccleſiæ tuæ, à cuius integritate deuiauit peccando, ad veniam miſericordiamq́; conſequendã reducatur innoxia. Per Chriſtũ Dominum noſtrum. Reſp. Amen. Deinde porrigat ſtolam alicui ex mulieribus, quæ portant funus, & aſpergens feretrum aquà benedicta, dicat: Ingredere in Eccleſiam Dei ſine omni impedimento Sathanæ, & viuas cum Deo in ſecula ſeculorum. Reſp. Amen.

DE ABSOLVTIONE Sacramentali pœnitentium.

Vide Catecheſes de pœnitentia in fine libri

SAcerdos audita confeſſione pœnitentis, faciat competentem ad eum informationem & adhortationem, etiam cum auſteritate vbi opus eſt. Deinde vbi pro delictorum qualitate & perſonę conditione ſalutarem ei pœnitentiam impoſuerit, ad abſolutionem hoc ordine procedat, dicens:

Miſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſſis omnibus peccatis tuis perducat te cũ gaudio in vitam æternã. Amẽ.

Indul-

Indulgentiã, abſolutionẽ, & remiſſionem omniũ peccatorũ tuorum, ſpaciũ veræ pœnitentiæ, cor contritũ & pœnitens, finẽ bonũ, & vitam æternã tribuat tibi omnipotẽs & pius pater, & miſericors Dominus. Amen. Dominus noſter Ieſus Chriſtus, per immẽſam miſericordiam ſuã, & meritum ſanctiſſimæ paſſionis ſuæ te abſoluat. Et ſic tandem manu ſuper caput confitentis poſita, aut facta ſuper ipſum cruce, cum intentione abſoluendi, ſimpliciſſimè, & ſine alijs adiectis clauſulis enunciet hanc formam:

Et ego auctoritate, qua fungor, te abſoluo à vinculo excommunicationis minoris, & à peccatis tuis. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ ſancti. Poſtea addere poteſt: Vade in pace, & iam amplius noli peccare. Poteſt enim Sacerdos, Parochus, & vicarius eius ſubditos ſuos ab excommunicatione minore (quæ tantum à participatione Sacramẽtorum ſeparat) ſemper abſoluere: Ab excommunicatione verò maiore (quæ à participatione Sacramẽtorum & communione hominum ſegregat) ſine ſpeciali mandato ſuperioris neminem abſoluere præſumat, ſicuti neque ab irregularitate: Niſi in articulo mortis. Quo caſu etiam abſoluẽdi debent fidem preſtare de ſatisfactione, vel dare ſufficientem cautionem fideiuſſoriam: quam ſi præſtare nõ poſſunt, dent ſaltem iuratoriam, Sunt autem caſus reſeruati hi:

CASVS PAPALES.

QVi clericum enormiter percuſſit aut læſit, vel cauſam dedit, adiuuitq́; vt fieret.

Perſequens Epiſcopum, vel qui auxilium, conſilium, vel fauorem dedit.

Qui incendit Eccleſiam, vel effregit, aut adiuuit, poſtquàm denunciatus fuerit.

Hæreticus & Schiſmaticus monitus, & non reſipiſcens.

Excōmunicatus à Papa, vel Delegato eius: Et quì cum eo in crimine participat.

Religioſus profeſſus Apoſtata.

Falſarius literarum D. Papæ.

Impediens, ne bullæ Apoſtolicæ ſuum ſortiantur effectum, aut ne Delegatus Papæ ſuo fungatur officio.

Arma aut alia auxilia ſuppeditans infidelibus contra Chriſtianos.

In præmiſſis caſibus, nullus ſacerdotū confitentē (niſi in articulo mortis) abſoluere preſumat, ſed remittat eum ad Epiſcopū, qui ei de abſolutionis beneficio prouideat.

CASVS EPISCOPALES.

PErcutiens clericum leui percuſſione.

Clericus excōmunicatus maiori excommunicatione, celebrans, vel Sacramenta adminiſtrans.

Clericus admittēs excōmunicatum ad audiēda diuina.

Clericus abſoluēs excōmunicatum ſine facultate, vel in caſibus prohibitis, præterquam in mortis articulo.

Clericus ordinatus ſine licentia ſui Epiſcopi, vel per ſaltum promotus.

Qui reuelat confeſſiones aliorum.

Fautores & receptatores hæreticorum, propagantium hæreſes.

Habentes & legentes ſcienter libros Hæreticos.

Si quis clericus coiuit cum ea, quā baptizauit, vel in confirmatione tenuit, vel cuius confeſſionem audiuit.

Si quis illegitimus ſine diſpenſatione beneficium accepit, vel ad ſacros ordines promotus eſt.

Si clericus fuit bigamus, vel in ſacerdotio contraxit matrimonium.

Si corpore enormiter vitiatus, ſine diſpenſatione celebrauit ſacra, ſiue irregularis.

Simo-

Simoniaca labes. Rem ſacram pecunia comparans, aut vendens.
Percutiens parentes ſuos. Homicida.
Procurans aborſum, vel ſterilitatem in ſe vel in alia.
Oppreſſor liberorum ſuorum.
Machinãs in mortẽ vxoris, aut vxoricidium cõmittens.
Procurans maleficia inter coniuges, ne coire poſſint.
Incendiarius etiam ante denuntiationem.
Publicè blaſphemus.
Qui publicum crimen vſuræ, periurijúe commiſit.
Si quis cõmittit peccatũ cõtra naturã, ſiue Sodomiticũ.
Excõmunicatus, & cũ eo ſciẽter cõmunicans in diuinis.
Sepeliẽs excommunicatum in templo vel cœmeterio.
Qui cum hęreticis in cultu diuino, vel circa adminiſtrationem Sacramentorum communicauit.
Falſarius literarum, & monetæ publicæ.
Abſolutus in mortis articulo, à caſu Epiſcopali vel Papali, ſi poſtquam conualuit, non repræſentauit ſe ordinario ſuo, nec eius authoritate denuo abſolutus eſt.
Coitus in Eccleſia.
Contrahens matrimonium, poſt ſponſalia prius cõtracta, & iuramento firmata cum alia vel alio.
Mulier alienũ partũ marito pro ipſius vel ſuo ſupponẽs.
Deflorator, vel oppreſſor virginis.
Qui cum monacha, vel quæ cum monacho rem habuit.
Abutens Sacramentis, vel rebus ſacris, & ſacramentalibus, ad profanos vel illicitos vſus.
Sacrilegus & adiutor eius.
Raptor aut vſurpator bonorum Eccleſiaſticorum.
Incantatrices, Sortilegi, Malefici.
Inceſtus ſeu copula carnalis, vel matrimoniũ inter propinquos, affines & ſpirituales, cõſanguineos & cõpatres.
Contrahens Matrimonium poſt votum caſtitatis.

Celebrans in altari non conſecrato, vel ſi celebrat ſine ſacris indumentis, aut ſine corporali, vel ſi celebrat non ieiunus.

Baptizans propriũ filium, extra imminentẽ mortis neceſſitatẽ, vel tenẽs eundẽ ad Baptiſmũ, aut Cõfirmationẽ.

Celebrans in loco interdicto.

Clericus, qui bello interfuit.

Violans Eccleſias, & immunitates earum.

Bis baptizatus.

In huiuſmodi peccatis, & in alijs caſibus enormibus & dubijs, præſertim ſi qui accidant, qui ſuprà non ſunt expreſſi, ſacerdotes, qui non habent ſpecialem facultatem loci ordinarij, confitentem ad Epiſcopum remittere debent: vel eundem, aut eius vices gerentem, aut Pœnitentiarios Eccleſiæ Cathedralis conſulere, quorum conſilio pœnitentem abſoluant, vel tranſmittant ad alium abſoluendum, niſi immineat periculum mortis.

FORMA REMISSIO- nis ad ſuperiorem.

REuerendiſſime Domine, Mitto ad P. V. Reuerendiſſimam præſentium latorem mihi confeſſum, vt P. V. Reuerendiſſima eum abſoluat à vinculo excommunicationis, quam incurrit propter talem rem N. Rogans eandem, vt eum ad me remittat, vt eum abſoluere poſſim à peccatis. Et ſi fuerit caſus reſeruatus ſiue cẽſurę, ita ſcribat: Reuerendiſſima P. V. ipſum abſoluat à tali caſu. Et ſi fuerint plures caſus, ſimiliter ſcribat, à tali N. & tali.

FOR-

FORMA ABSOLVENDI ab excommunicatione Maiore.

SAcerdos habens a ſuperiore mandatum abſoluendi, primò exigat ab excommunicato iuramentum, quòd velit ſtare mandatis Eccleſiæ. Deinde iniungat ei, vt læſis à ſe ſatisfaciat, vel cautionem idoneam præſtet. Vltimò ſi a canone ligatus eſt præſtet iuramentum, ſe in poſterum contra hunc canonem non facturum, niſi forte in ijs caſibus, qui à iure permittuntur. Quo facto Sacerdos ſuper geniculantem, aut humi proſtratum, (ſi per infirmitatem non impeditur) oret Pſalmum, Miſerere mei Deus, vel quencunque alium Pſalmum pœnitentialem, cum Gloria Patri, &c. Deinde dicat: Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon. Pater noſter. Aue Maria: ſecreto. Poſtea clara voce, Verſ. Et ne nos inducas in tentationẽ. Reſp. Sed libera nos à malo.

Verſ. Saluum fac * ſeruum tuum (ancillam tuam) Reſp. Deus meus ſperantem in te.

Verſ. Nihil proficiat inimicus in * eo (ea) Reſp. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

Verſ. Eſto ei Domine turris fortitudinis. Reſp. A facie inimici.

Verſ. Domine exaudi orationem meam. Reſp. Et clamor meus ad te veniat.

Verſ. Dominus vobiſcũ. Reſp. Et cum Spiritu tuo.

ORATIO.

ORemus. Deus cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram, & * hunc famulum tuum, quem (hanc famulam tuam, quam) excommunicationis pœna conſtringit, miſeratio tuæ pietatis abſoluat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Hinc

Hinc ſubiungat hanc formam.

DOminus noſter Ieſus Chriſtus, qui beato Petro Apoſtolo collatis clauibus regni cæleſtis, dedit poteſtatem ligandi atque ſoluendi, ipſe per pijſſimam miſericordiam ſuam te abſoluat, & ego authoritate ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ, (vel Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi N.) abſoluo te à vinculo excommunicationis maioris, & reſtituo te Sacramentis Eccleſiæ, communioni & vnitati fideliũ, In nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti.

In excommunicatione Minore ſufficit hæc ſimplex forma:

DOminus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, & ego te abſoluo à vinculo excommunicationis minoris. In nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti.

Abſolutio ab irregularitate.

CAſus, in quibus Epiſcopi abſoluere ab irregularitate & diſpenſare poſſint, & in quibus à iure prohibeantur, quandoquidem ad Papam & Epiſcopos propriè pertinent, hìc pro ſimplicibus Sacerdotibus non ponuntur. Si tamen extet mãdatum ſuperioris, quemadmodum Sacerdos ſe gerere debeat, infra ſubijcitur. Habens igitur authoritatem vel commiſſionem abſoluendi ab irregularitate, dicat:

DOminus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat. Et ego authoritate ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ (vel authoritate ordinaria, vel vigore priuilegij tibi conceſſi, & mihi exhibiti) te abſoluo ab irregularitate, & reſtituo te Sacramentis Eccleſiæ, & diſpenſo tecum. In nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti.

Quod ſi commiſſio habet certam formam abſoluendi inſertam, abſoluens eâdem & non alia vti debet.

FORMA ABSOLVTIONIS plenaria vigore Iubilei.

MIſereatur tui omnipotens Deus,& dimiſſis omnibus peccatis tuis, liberet te ab omni malo, ſaluet & confirmet in omni opere bono,& perducat te in vitam æternam, Amen. Indulgentiam, abſolutionem,& remiſſionem omnium peccatorum tuorum, tribuat tibi omnipotens Pater & miſericors Dominus. Amen.

DOminus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat. Et ego de plenitudine poteſtatis Apoſtolicæ, cuius authoritate pro præſenti fungor, abſoluo te ab omni vinculo excōmunicationis maioris & minoris, & à quibuſuis participationibus cum excommunicatis, & ab omnibus cenſuris Eccleſiaſticis: Et reſtituo te ſanctis Sacramētis Eccleſiæ, communioni, & vnitati fidelium. Et eadem autoritate abſoluo te ab omnibus peccatis tuis, confeſſis & oblitis, vt ſis abſolutus hic & in futuro ſeculo, ante tribunal eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti,& viuas in ſecula ſeculorum. In nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti.

ALIA FORMA ABSOLVTIONIS LARga, qua vti poteſt Sacerdos apud infirmum in articulo mortis.

MIſereatur tui. Indulgentiam &c. vt ſuprà. Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat ab omnibus peccatis tuis, quæ commiſiſti cogitatione, locutione, opere & omiſſione. Et ego authoritate omnipotentis Dei, & eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qua fungor in hac parte, abſoluo te ab omnibus excommunicationis maioris,& minoris, ſuſpēſionis, & interdicti ſententijs,& cenſuris Eccleſiaſticis, à iure vel ab homine contra te latis, & ab omnibus peccatis tuis, Deo per te coram me confeſſis

& oblitis: Et reſtituo te gremio ſanctæ matris Eccleſiæ, ac participationi Sacramentorum. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

CONFESSIO GENERALIS Polonice.

JA grzeſſny czlowiek ſpowiadam ſie panu Bogu wſſechmogacemu w troicy iedinemu / naſwietſſei pannie Mariei/ Aniolom Bozym / y wſſyſtkim ſwietym / y tobie kaplanie Bozy/ wſzytkich grzechow moych / ktorichem ſie dopuſcil od mego rozumu wziecia / y od mei przeſſlei ſpowiedzi az do tego czaſu. Daie ſie vinien panu Bogu izem przykazania iego niechowal/ izem pana Boga mego nie milowal ze wſſyſtkiego ſercza mego / ze wſſyſtkiei duſſe moiei/ ze wſſyſtkiego rozumu mego / y ze wſſyſtkich ſil moych / a bliznego ſwego iako ſiebie ſamego. Daie ſie vinien, y ſpowiadam ſie panu Bogu z ſiedmi grzechow ſmiertelnych/ z pychy/ z lakomſtwa / z nieczyſtoſci z zazdroſci/ z gniewu/ z obzarſtwa / itez z leniſtwa. Daie ſie tez vinien z pomyſlenia / mowy / y vczynkow wſſelakich / itez z piaci ſmyſlow ciala mego grzeſſnego/ z widzenia/ z ſlyſzenia/ z vkuſzenia/ z powonienia/ z dotykania/ ktorichem na marnoſci tego ſwiata a z pogorſſenim bliznego ſwego/ a nie ku chwale Bozei vzywal. Czego mi zal. A poſpolicie daie ſie vinien temuz panv a ſtworzicielowi memu ze wſſyſtkich grzechow moich ſmiertelnych / powſſednich / taiemnych / iawnych/ wlaſnych / czudzych / y zapamietalych: Z dobrych vczynkow opuſſczonych y nieprzyſtoinie czynionych / ktore wſſyſtki grzechy moie pan Bog na mie liepiei wie/ nizli ſie ych ia vmiem ſpowiadac. Niewatpie nicz w miloſierdziu panſkim przes meke pana a odkupiciela mego Jeſu Chriſta. A proſſe ſobie na pomoc przyczyny y zaſlugi naſwietſſei panny Mariei/ ze wſſyſtkimi Angioly y ſwietymi Bozymi/ aby ſie oni za mna grzeſſnym milemu Bogu modlili / aby mie nie raczyl ſedzie vedlug cieſſkich a ſproſnych grzechow moych/ ale aby mi ie raczyl odpuſcic vedlug ſwego wielkiego y niezmiernego miloſierdzia. J ciebie tez oicze duchowny proſſe aby mie pocieſſyl ſlowem Bozym/ y rozgrzeſſyl mie ta mocza/ ktora maſs od pana Boga dana y od ſwych ſtarſſych zlecona.

CON-

CONFESSIO GENERALIS.

Germanice. Jch armer elender ſündiger Menſch / beken vnd geb mich ſchuldig/Gott dem allmechtigen/ Marie der heiligen Junckfrawen vnd Mutter Gottes/allen lieben Engeln vnd Heiligẽ Gottes/Auch euch Prieſter an Gottes ſtelle/das ich leider viel geſündiget habe/von meinen kindtlichen tagen / biß auff dieſe gegenwertige ſtundt/mit böſen gedanckẽ / worten vnd wercken/auch mit verſeumnuß vieles gutẽ. Es ſey tödtlich oder täglich/wiſſentlich oder vnwiſſentlich/ heimlich/ oder offenbar. Wie den ſolchs der allmechtige Gott an mir armen Sünder erkent/ vnd ichs vor blindtheit meines hertzens nicht erkennen kan. So iſt es mir leidt/vnd reget mich von grundt meines hertzens/ vnnd bitt derhalben Gott vmb gnade/vnd die heilige Junckfraw Maria/alle heiligen Gottes/vnd auch euch Prieſter/wöllen vor mich armen Sünder bitten zu Gott vnſerm Herren.

ORDO COMMVNICANDI POPVLVM IN ECCLEſia, tam in Paſchate, quàm in alijs diebus.

SAcerdos reconciliatis pœnitentibus, debet ſe ad Miſſam præparare, & tot hoſtias conſecrare, quot populo ſuo ſufficere credit. Finita Miſſa, retentis paramentis, vel ſi non celebrauit pro tunc, induto ſuperpelliceo cum ſtola, cereis accenſis, conuerſus ad communicandos, genu flexos coram altari alloquatur eos (ſi commodum erit) è Catecheſi de Euchariſtia, quæ eſt in fine libri poſita.

Deinde facto ſigno crucis ſuper ſe, & admonitis omnibus, vt ſe itidem ſignent, recitet illis confeſſionem generalem vulgari ſermone, vt ſuprà.

Finita confeſſione Sacerdos dicat: Miſereatur veſtri omnipotens Deus, & dimiſſis omnibus peccatis veſtris, perducat vos cum omnibus ſanctis ſuis in vitam æternam. Amen.

Verſ. Domine exaudi orationem meam. Reſp. Et clamor meus ad te veniat. Verſ. Dominus vobiſcum. Reſp. Et cum Spiritu tuo.

ORATIO,

OReмus. Deus miſericordiæ, Deus pietatis, Deus indulgentiæ, indulge quæſo, & miſerere his famulis & famulabus tuis, vt delictorū, quæ nobis coram te ſuo ore confeſſi apperuerunt, nulla in eis macula reſeruetur in terris, & per pœnitentiæ luctum, ad tua mereantur venire promiſſa. Per Chriſtum &c.

Tunc Sacerdos couerſus ad Altare inclinans ſe ſubmiſſe coram Sacramento, accipiat particulas ſuper patenā, & vnam in manibus paulo eleuatam tenens, oſtendat omnibus, dicens: Dicatis omnes ſicut ego dico.

Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, & ſanabitur anima mea.

Polonice ſic: Mowcie za mna. Panie Jeſu Chriſte / niecieſtem doſtoien albo doſtoina / izebys wſtapil do przybytku mego / ale rzekni tilko ſlowem / a bedzie duſha moia zdrowa.

Germanice ſic: Sprecht mir nach. O Herre Jeſu Chriſte / ich bin nicht wirdig / das du eingeheſt vnter mein Dach / ſonder ſprich mit einem wort / ſo wirt meine Seele geſundt.

Et repetat ſecundo & tertio eadem verba, in vulgari. Quibus tertio repetitis datur corpus Domini omnibus ſucceſſiuè, dicendo: Corpus & ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat te, & perducat in vitam æternam. Faciendo ſignum crucis ſuper ſingulos. Et ſic communicet omnes, qui ſunt in primo ordine. Qui poſteaquam Sacramentum ſumpſerint, ſurgāt & alij, veniant, & ſimiliter communicent. Et poſtquam communicauerint, accipiant ablutionem ex calice, quem circa pedem altaris vel alibi panno inuolutum aliquis Miniſter tenebit, &

ſic

ſic purificati genu flectant coram altari, aut vbi commodè poſſunt, donec omnes fuerint communicati. Quo facto Sacerdos ſuper eos dicat:

Verſ. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam.
Reſp. Et ſalutare tuum da nobis.
Verſ. Dominus vobiſcũ. Reſp. Et cum Spiritu tuo.

ORATIO.

OREmus. Deus qui nobis ſub Sacramẽto mirabili paſſionis tuæ memoriam reliquiſti: tribue quæſumus, ita nos corporis & ſanguinis tui Sacra myſteria venerari, vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter ſentiamus. Qui viuis & regnas Deus in ſecula ſeculorũ. Reſp. Amẽ.

ORATIO.

OREmus. Spiritũ nobis Domine tuę charitatis infunde, vt quos Sacramẽtis paſchalibus ſatiaſti, tua facias pietate concordes. Per Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ filiũ tuũ. Qui tecũ viuit & regnat in vnitate eiuſdẽ Spiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorũ. Reſp. Amẽ.

Poſtea benedicat eos dicens:

Et benedictio Dei Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper, Amen.

Si autem vnus atq; alter tantum communicandus ſit, poteſt ſolennitas in dicendis orationibus prædictis omitti, & ſimpliciter præmiſſo ante ſumptionem Sacramenti Confiteor, & ſubiunctis, Miſereatur, ac Indulgentiã vt ſuprà, ad communionem procedi, ibi, Domine nõ ſum dignus: vſq; ad orationem, Deus qui nobis ſub Sacramẽto, incluſiuè. Quod ſi ij paulò ante ſacramentaliter ſacerdoti confeſſi ſunt, & ab eo abſoluti, poterit etiam generalis confeſſio omitti.

ORDO COMMVNI- candi infirmum.

SAcerdos communicare volens infirmum, ſacroſanctam Euchariſtiam lumine præcedente,& cum ſono campanulæ,ſuperpelliceo indutus & ſtola, cum ſumma reuerentia deferat ad infirmum, in via dicens Pſalmum, Miſerere mei Deus,&c. Ingreſſus domum dicat: Pax huic domui. Reſp. Et omnibus habitantibus in ea. Et depoſito tabernaculo Euchariſtiæ in menſam inſtratam mappa mundiſſima, cereiſq; accenſis ſuperpoſitus, ad hoc præparatã, factaq; reuerentia Sacramento, accedat infirmũ, aſpergatq; eũ aqua benedicta ſi adeſt. Deinde dicat:

Verſ. { ✶ Saluum fac ſeruũ tuum. (Saluã fac ancillam tuã) } Reſp. { Deus meus ſperantẽ in te.

ORATIO.

ORemus. Deus infirmitatis humanæ ſingulare præſidium, auxilij tui ſuper ✶ infirmum noſtrum (infirmam noſtram) oſtende virtutẽ, vt ope miſericordiæ tuæ ✶ adiutus (adiuta) Eccleſiæ tuæ ſanctæ incolumis repræſentari mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen. Deinde ſemotis omnibus audiat confeſſionem infirmi: vel, ſi is neſcit, Sacerdos recitet ei confeſſionem generalem lingua vulgari: & infirmus, ſi poteſt ſubſequatur. Et mox enumeret, quoad poterit, peccata ſua. Quærat autem ex eo Sacerdos, An nõ ſit excommunicatus? an nõ communicauerit, aut ſenſerit cum hæreticis? præſertim ſi ſuſpectus ſit. An iram, & cupiditatem vindictæ aduerſus aliquẽ habeat? vt remittat. An quempiam ipſe læſerit? vt petat ſibi remitti: & curet ſatisfieri etiam, ſi quid cuipiam debet, &c. Finita confeſſione & inſtructione Sacerdos non iniungat infirmo pœnitentiam

aliquam, niſi qualem ſtatim implere per ſe, vel per alium poteſt: & præmiſſis, Miſereatur tui, & Indulgentiã, &c. vt ſuprà in generali communione, abſoluat eum, dicens:

DOminus noſter Ieſus Chriſtus, per ſuã amariſſimam paſſionem, & per pijſſimam miſericordiam dignetur te abſoluere, & ego authoritate ipſius te abſoluo à ſententijs excommunicationis, ſi quas incidiſti, & à peccatis tuis. In nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. His peractis, intromittantur, qui ſeceſſerant, & cohortetur eos ad interceſſionem faciendam pro infirmo ad Deum, vt digne & deuote poſſit accipere ſacroſanctam Euchariſtiã, dicens vna cũ illis Dominicam Orationẽ, & ſalutationẽ Angelicã, genibus flexis. Et interim accipiat reuerẽter ex ſcrinio Euchariſtiã, & eleuans eam, oſtendat infirmo, & præſentibus, dicens: N. Credis quòd hic ſit Chriſtus ſaluator mũdi? quo reſpõdente, Credo, Dicat Sacerdos:

Polonicè ſic: Mow za mna. Panie Jeſu Chriſte nieieſtem * doſtoien (doſtoina) zſebys wſtapil do przybytku mego/ ale rzekni telko ſlowem / a bedzie duſsa moia zdrowa. Et, Boze badz miloſciw mnie * grzeſſnemu (grzeſſnei.)

Germanicè ſic: Sprich mir nach/ O Herr Jeſu Chriſte/ ich bin nicht wirdig/ das du eingeheſt vnter mein Dach / ſonder ſprich mit einem wort / ſo wirt meine Seele geſundt. Et, O Gott / biß gnedig mir armen Sünder.

Quo dicto ter vel ſemel, imponat ei in os Euchariſtiam, dicẽs: Còrpus & ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat animam tuam in vitam æternam. Amen.

Vel, Accipe * frater (ſoror) viaticũ corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui te cuſtodiat ab hoſte maligno, & perducat in vitam æternam. Amen. Pax tecum. Hinc digitos abluat vino vel aqua, & porrigat infirmo ablutionem, nihil dicẽs. Si tamen periculum ſit vomitus infirmi, non detur ei Sacramentum, nec ablutio, ſed oſten-

oſtendatur tantum propter maiorem deuotionē: & moneatur, vt credat, & ſufficit ei. Dum ſcrinium ſeu pixidem, qua hoſtiæ conſecratæ ſeruantur, recondit, dicat Sacerdos Antiph. O ſacrū conuiuium, in quo Chriſtus ſumitur, recolitur memoria paſſionis eius, mens impletur gratia: & futuræ gloriæ nobis pignus datur. Verſ. Panem de cęlo pręſtitiſti eis. Reſp. Omne delectamentum in ſe habentem.

ORATIO.

OREmus. Deus qui nobis ſub Sacramento mirabili paſſionis tuę memoriam reliquiſti, tribue quęſumus, ita nos corporis & ſanguinis tui ſacra myſteria venerari, vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter ſentiamus. Qui viuis & regnas.

DOmine ſancte pater omnipotens æterne Deus, te ſuppliciter deprecamur, vt huic ⋆ famulo tuo (famulę tuę) corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti filij tui accipienti ad animæ & corporis eius proſit remediū ſempiternū.

PRotege Domine hunc ⋆ famulum tuum (hanc famulam tuam) ſubſidijs pacis, & beatæ Mariæ virginis & omnium ſanctorum patrocinijs confidentem, à cunctis hoſtibus & periculis redde ⋆ ſecurum (ſecuram) Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Et hoc dicto, ſalutaribus monitis ſoletur infirmū, & tabernaculū Euchariſtię ambabus manibus tenens, benedicat infirmū cū omnibus pręſentibus, dicēs: Benedictio Dei omnipotētis Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti deſcēdat ſuper vos, & maneat ſemper, Amē. Sic nō faciendo in domo infirmi aliquam collationem, neq; gerendo aliquod aliud negotiū ſeculare, redeat ad Eccleſiā, in via dicens Pſal. Miſerere mei Deus, &c. Vel, De profundis, &c. vel aliū quencūq; Pſalmū pœnitentialē.

MODVS

MODVS ADMINISTRANDI SACRAM VNctionem extremam infirmo.

STernatur menſa in loco, vbi æger decumbit, mappa munda, ſuperponaturq; cæreus accenſus, nec non ſal, aqua, & aliquot ſtuppæ lini aut canabi conglomeratæ in ſcutella, aut alio vaſe ligneo, ad abſtergendum oleum, quæ peracta vnctione pariter concrementur, vt ſuo loco dicetur. Poteſt tamen etiam ex alia materia vas adhiberi, & peracta vnctione ablui bene & abſtergi, & aqua illa, qua ablutum eſt, cum ſtuppa in ignem proijci.

Sacerdos itaque ſuperpelliceo indutus & ſtola, accepto vaſculo ſacri olei, cæreo accenſo præcedente abſq; ſono campanulæ, pergat ad infirmum, & in via oret, ſi commodè fieri poteſt, ſeptem Pſalmos pœnitentiales ſine Gloria patri, præmittendo Antiphonam, Ne reminiſcaris Domine.

Pſalmus.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Miſerere mei Domine, quoniã infirmus ſum: ſana me Domine, quoniam conturbata ſunt omnia oſſa mea. Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu Domine vſquequo? Conuertere Domine, & eripe animam meam: ſaluum me fac propter miſericordiam tuã. Quoniam non eſt in morte, qui memor ſit tui: in inferno autẽ quis confitebitur tibi? Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meũ: lachrymis meis ſtratum meũ rigabo. Turbatus eſt à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos. Diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem: quoniã exaudiuit Dominus vocem fletus mei. Exaudiuit Dominus

deprecationem meam: Dominus orationem meam ſuſcepit. Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur & erubeſcant valde velociter.

Pſalmus.

BEati quorum remiſſæ ſunt iniquitates: & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum, nec eſt in ſpiritu eius dolus. Quoniam tacui inueterauerunt oſſa mea, dum clamarem tota die. Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua: couuerſus ſum in ærumna mea dum configitur ſpina. Delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſtitiam meam non abſcondi. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino: & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore oportuno. Verumtamen in diluuio aquarum multarum, ad eum non approximabunt. Tu es refugium meum à tribulatione quæ circundedit me: exultatio mea erue me à circumdātibus me. Intellectum tibi dabo, & inſtruam te: in via hac qua gradieris firmabo ſuper te oculos meos. Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non intellectus. In chamo & freno maxillas eorum cōſtringe: qui non approximant ad te. Multa flagella peccatoris, ſperantem autem in Domino miſericordia circundabit. Lætamini in Domino, & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde.

Pſalmus.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, & confirmaſti ſuper me manum tuam. Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non eſt pax oſſibus meis: à facie peccatorum meorum: Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue, grauatę ſunt ſuper me. Putruerunt & corruptę ſunt cicatrices meæ, à facie inſipientiæ meæ. Miſer factus & curuatus

uatus

uatus ſum vſq; in finem: tota die cõtriſtatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: & non eſt ſanitas in carne mea. Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis: rugiebã à gemitu cordis mei. Domine ante te omne deſiderium meum: & gemitus meus à te non eſt abſconditus. Cor meum conturbatum eſt in me, dereliquit me virtus mea: & lumẽ oculorũ meorum & ipſum non eſt mecum. Amici mei & proximi mei, aduerſum me appropinquauerunt & ſteterunt. Et qui iuxta me erant de longe ſteterunt: & vim faciebant qui quærebant animam meam. Et qui inquirebant mala mihi locuti ſunt vanitates: & dolos tota die meditabantur. Ego aũt tanquam ſurdus non audiebam: & ſicut mutus non aperiens os ſuum. Et factus ſum ſicut homo non audiens: & non habens in ore ſuo redargutiones. Quoniam in te Domine ſperaui: tu exaudies me, Domine Deus meus. Quia dixi, ne quando ſupergaudeant mihi inimici mei: & dum commouentur pedes mei ſuper me magna locuti ſunt. Quoniam ego in flagella paratus ſum: & dolor meus in conſpectu meo ſemper. Quoniam iniquitatem meam annunciabo: & cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei viuunt, & confirmati ſunt ſuper me: & multiplicati ſunt, qui oderũt me inique. Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quorum ſequebar bonitatem. Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne diſceſſeris à me. Intende in adiutorium meum, Domine Deus ſalutis meæ.

Pſalmus.

MIſerere mei Deus: ſecundum magnam miſericordiam tuam. Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum: dele iniquitatem meam. Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui, &

malum coram te feci, vt iuſtifeceris in ſermonibus tuis, & vincas cū iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatē dilexiſti, incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Auditui meo dabis gaudiū & lætitiā, & exultabunt oſſa humiliata. Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectū innoua in viſceribus meis. Ne proijcias me à facie tua: & Spiritū ſanctum tuū ne auferas à me. Redde mihi lætitiā ſalutaris tui: & ſpiritu principali cōfirma me. Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur. Libera me de ſanguinibus, Deus Deus ſalutis meæ: & exultabit lingua mea iuſtitiam tuā. Domine labia mea aperies: & os meū annunciabit laudem tuam. Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtique: holocauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Benigne fac Domine in bona voluntate tua Syon, vt edificentur muri Ieruſalem. Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes & holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.

Pſalmus.

DOmine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Non auertas faciem tuam à me, in quacunque die tribulor: inclina ad me aurē tuam. In quacunque die inuocauero te, velociter exaudi me. Quia defecerunt ſicut fumus dies mei: & oſſa mea ſicut cremiū aruerunt. Percuſſus ſum vt fœnum: & aruit cor meum: quia oblitus ſum comedere panem meum. A voce gemitus mei adhæſit os meum carni meæ. Similis factus ſum pellicano ſolitudinis: factus ſum ſicut nycticorax

in domicilio. Vigilaui, & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Tota die exprobrabãt mihi inimici mei: & qui laudabant me, aduerſum me iurabant. Quia cinerem tanquã panem manducabam, & potum meum cum fletu miſcebam. A facie iræ indignationis tuę: quia eleuans alliſiſti me. Dies mei ſicut vmbra declinauerunt: & ego ſicut fœnum arui. Tu autem Domine in æternũ permanes: & memoriale tuũ in generatione & generationẽ. Tu exurgens Domine miſereberis Syon: quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus. Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius: & terræ eius miſerebuntur. Et timebunt gentes nomen tuum Domine: & omnes reges terræ gloriã tuam. Quia ædificauit Dominus Syon: & videbitur in gloria ſua. Reſpexit in orationem humilium: & non ſpreuit precem eorum. Scribantur hæc in generatione altera, & populus qui creabitur laudabit Dominum. Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: Dominus de cælo in terram aſpexit. Vt audiret gemitus compeditorum, & ſolueret filios interemptorum. Vt annuncient in Syon nomẽ Domini, & laudem eius in Ieruſalem. In conueniendo populos in vnum: & reges vt ſeruiant Domino. Reſpondit ei in via virtutis ſuæ: paucitatem dierum meorũ nuncia mihi. Ne reuoces me in dimidio dierũ meorũ, in generatione & generationem anni tui. Initio tu Domine terram fundaſti: & opera manuum tuarum ſunt cæli. Ipſi peribunt, tu autem permanes: & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent. Et ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. Filij ſeruorum tuorum habitabunt, & ſemen eorum in ſeculum dirigetur.

Pſalmus.

DE profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meam. Fiant aures tuæ intendentes in vo-

cem deprecationis meæ. Si iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit? Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te Domine. Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in Domino. A cuſtodia matutina vſque ad noctem ſperet Iſraël, in Domino. Quia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio. Et ipſe redimet Iſraël: ex omnibus iniquitatibus eius. Pſalmus.

DOmine exaudi orationem meam, auribus percipe obſecrationem meam: in veritate tua exaudi me in tua iuſtitia. Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Quia perſecutus eſt inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam. Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi, & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus: in me turbatum eſt cor meum. Memor fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus ſuis: & in factis manuum tuarum meditabar. Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Velociter exaudi me Domine: defecit Spiritus meus. Non auertas faciem tuam à me: & ſimilis ero deſcendentibus in lacum. Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam: quia in te ſperaui. Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam. Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Domine viuificabis me in æquitate tua. Educes de tribulatione animam meam, & in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego ſeruus tuus ſum.

Antiph. Ne reminiſcaris Domine delicta mea, vel parentum meorũ, neq; vindictã ſumas de peccatis noſtris.

Si verò tantum temporis habere non poterit, vt intereundum ad infirmũ dicat ſeptem hos Pſalmos, dicet eos, vel abſoluet reliquos (quos non dixit in itinere) poſtquã ad eccleſiam redierit. Ingreſſus itaque domum ægroti dicat: Pax huic domui. Reſp. Et omnibus habitantibus in ea. Deinde accedens ad infirmũ interroget eum: Deſideras ſacramentum extremæ vnctionis? Si reſpondeat ſe deſiderare, aut ſi præ infirmitate loqui nõ poſſit, aut ex nimia ægritudine parum compos ſit rationis, dum tamen conſtet, eum ante infirmitatem de hoc Sacramento rectè ſenſiſſe, detur ei. Sin compos mentis diſertè reſponderit, ſe vnctionem hanc non expetere, non detur ei. Inungendus igitur infirmus, & ne ad hanc ſacrã vnctionem, quaſi ad certã imminentis mortis accelerationem animum demittat, Sacerdos eum, vna cum adſtantibus breui exhortatione conſoletur, ſi tempus & qualitas infirmi feret. Exponens inſtitutionem ſacramenti, & verum ac legitimum eius vſum. Vide Catecheſim de extrema vnctione, in fine huius libri.

Finito, vel, ſi res atque tempus non patietur, omiſſo ſermone, Sacerdos ad rem ipſam accedens, aqua benedicta (ſi habetur) aſpergat infirmum.

Deinde dicat Verſ. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. Reſp. Qui fecit cælum & terram.

ORATIO.

ORemus. Adeſto Domine ſupplicationibus noſtris, & me indignum, qui primùm miſericordia tua indigeo, clementer exaudi, & quem non electione meriti, ſed dono gratiæ tuæ conſtituiſti huius operis miniſtrum, da fiduciam tui muneris exequendi, & ipſe in noſtro miniſterio, quod tuæ virtutis eſt, operare. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

ORA-

ORATIO.

OReмus. Omnipotẽs & miſericors Deus, quæſumus immenſam pietatem tuam, vt in nomine tuo ad introitũ humilitatis noſtræ ★ hunc famulum tuũ (hanc famulam tuã) in hoc habitaculo ★ feſſum (feſſam) iacentẽ, ſalutifera conſolatione viſitare digneris, & ſicut viſitaſti Tobiam, & Saram, & ſocrũ Petri, puerũq; centurionis: ita & ★ hunc (hãc) viſitare digneris, vt priſtina ſanitate animæ & corporis recepta, gratiarum tibi in Eccleſia tua referat actiones. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Tunc Sacerdos exhortetur aſtantes, dicens:

Inuocemus Deum & Sanctos eius pro ſalute huius ★ infirmi (infirmæ.) Et ſtatim flexis genibus incipiat Litaniam.

KYrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon.

Chriſte audi nos	Chriſte exaudi nos
Saluator mundi } Reſp.	Adiuua ★ eũ (eã) } Sic ſemper dicatur ea loco eo, ſi eſt fœmina.
Sancta Maria	Ora pro ★ eo (ea)
Sancta Dei genitrix	ora pro eo
Sancta virgo virginum	ora pro eo
Sancte Michaël	ora pro eo
Sancte Gabriel	ora pro eo
Sancte Raphaël	ora pro eo
Omnes ſancti Angeli & Archangeli	orate pro eo.
Sancte Ioannes Baptiſta	ora pro eo.
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophetæ	orate pro eo
Sancte Petre	ora pro eo
Sancte Paule	ora pro eo
Sancte Andrea	ora pro eo
Sancte Iacobe	ora pro eo
Sancte Ioannes	ora pro eo

Sancte

Sanc̃te Iacobe ora pro eo
Sanc̃te Thoma ora pro eo
Sanc̃te Philippe ora pro eo
Sanc̃te Bartholomæe ora pro eo
Sanc̃te Matthæe ora pro eo
Sanc̃te Simon ora pro eo
Sanc̃te Thadæe ora pro eo
Sanc̃te Matthia ora pro eo
Sanc̃te Barnaba ora pro eo
Sanc̃te Luca ora pro eo
Sanc̃te Marce ora pro eo
Omnes ſanc̃ti Apoſtoli & Euangeliſtæ orate pro eo
Omnes ſanc̃ti Diſcipuli Domini orate pro eo
Omnes ſanc̃ti Innocentes orate pro eo
Sanc̃te Stephane ora pro eo
Sanc̃te Laurenti ora pro eo
Sanc̃te Vincenti ora pro eo
Sanc̃te Fabiane ora pro eo
Sanc̃te Sebaſtiane ora pro eo
Sanc̃ti Ioannes & Paule orate pro eo
Sanc̃ti Coſme & Damiane orate pro eo
Sanc̃te Maurici cum ſocijs tuis orate pro eo
Sanc̃te Adelberte ora pro eo
Sanc̃te Staniſlae ora pro eo
Omnes ſanc̃ti Martyres orate pro eo
Sanc̃te Sylueſter ora pro eo
Sanc̃te Gregori ora pro eo
Sanc̃te Martine ora pro eo
Sanc̃te Auguſtine ora pro eo
Sanc̃te Ambroſi ora pro eo
Sanc̃te Hieronyme ora pro eo
Sanc̃te Nicolae ora pro eo
Omnes ſanc̃ti Pontifices & Confeſſores orate pro eo

Sanƈte Benediƈte	ora pro eo
Sanƈte Franciſce	ora pro eo
Sanƈte Bernharde	ora pro eo
Sanƈte Dominice	ora pro eo
Omnes ſanƈti Monachi & Hæremitæ	orate pro eo
Omnes ſanƈti Sacerdotes & Leuitæ	orate pro eo
Sanƈta Maria Magdalena	ora pro eo
Sanƈta Agnes	ora pro eo.
Sanƈta Lucia	ora pro eo
Sanƈta Cecilia	ora pro eo
Sanƈta Agatha	ora pro eo
Sanƈta Catharina	ora pro eo
Sanƈta Barbara	ora pro eo
Sanƈta Dorothea	ora pro eo
Sanƈta Margaretha	ora pro eo
Sanƈta Vrſula cum ſodalibus tuis	ora pro eo
Sanƈta Eliſabeth	ora pro eo
Omnes ſanƈtæ Virgines & Viduæ	orate pro eo
Omnes ſanƈti & ſanƈtæ Dei	orate pro eo
Propitius eſto	Parce ei Domine
Propitius eſto	Exaudi eum (eam) Domine
Ab ira tua	Libera eum Domine
Ab inſidijs Diaboli	Libera eum Domine
Ab animæ & corporis infirmitate	Libera eum Domine
A ſubitanea & improuiſa morte	Libera eum Domine
A damnatione perpetua	Libera eum Domine
Ab omni malo	Libera eum Domine
Per myſteriũ ſanƈtæ incarnationis tuæ	Libera eũ Dom.
Per aduentum & Natiuitatem tuam	Libera eũ Dom.
Per crucem & Paſſionem tuam	Libera eum Domine
Per mortem & Sepulturam tuam	Libera eum Domine
Per ſanƈtam Reſurreƈtionẽ tuam	Libera eum Domine
Per admirabilem Aſcẽſionem tuã	Libera eum Domine

Per

Per aduentũ Spiritus ſancti Paracleti Libera eũ Dom.
In die Iudicij Libera eum Domine.
Peccatores, Te rogamus audi nos.
Vt veniam ei dones Te rogamus audi nos.
Vt ſanitatem animæ & corporis ei dones, Te rogamus audi nos.
Vt cordis compunctionem fontemq́; lachrymarum ei dones Te rogamus audi nos.
Vt gratiam ſpiritus ſancti cordi ipſius infundere digneris Te rogamus audi nos.
Vt in pręſenti tribulatione ei ſuccurrere digneris, Te rogamus audi nos.
Vt præſentiam & ſolatium ſanctorum Angelorum ei adeſſe iubeas, Te rogamus audi nos.
Vt fidem, ſpem, & charitatem ei donare digneris, Te rogamus audi nos.
Vt indulgentiam & remiſſionem omnium peccatorum ſuorum ei dones, Te rogamus audi nos.
Vt vitam æternam ei dones Te rogamus audi nos.
Vt nos peccatores pro ⋆ eo (ea) orantes exaudire digneris Te rogamus audi nos.
Fili Dei, Te rogamus audi nos.
Agne Dei qui tollis peccata mũdi, Parce ei Domine.
Agne Dei qui tollis peccata mũdi, Miſerere ei Domine
Agne Dei qui tollis peccata mundi, Sana ⋆ eum (eam) Domine.
Chriſte audi nos Chriſte exaudi nos.
Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon.

Pater noſter, ſecretè. Surgẽs Sacerdos dicat clara voce: Et ne nos inducas in tentationem. Reſp. Sed libera nos à malo.

Verſ. ⋆ Saluum fac ſeruum tuum (ſaluam fac ancillam tuam) Reſp. Deus meus ſperantem in te.

Verſ. Mitte ei Domine auxilium de ſancto. Reſp. Et de Syon tuere ⁎ eum (eam)

Verſ. Nihil proficiat inimicus in ⁎ eo (ea) Reſp. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

Verſ. Eſto ei Domine turris fortitudinis. Reſp. A facie inimici.

Verſ. Domine exaudi orationem meam. Reſp. Et clamor meus ad te veniat.

Verſ. Dominus vobiſcū. Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

ORATIO.

ORemus. Domine Deus omnipotens, qui per Apoſtolum tuum Iacobum locutus es: Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eū, vngentes eum oleo ſancto in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum: & ſi in peccatis ſit, dimittētur ei, & alleuiabit eum Dominus. Cura quæſumus Domine Redemptor noſter, Spiritus ſancti gratia languores huius ⁎ infirmi, (infirmæ,) omniaq; eius vulnera ſana, & peccata dimitte, atque dolores cūctos cordis & corporis ab ⁎ eo (ea) repelle, plenam ei interius exteriusq; ſanitatem miſericorditer redde, vt ope miſericordiæ tuæ ⁎ reſtitutus & ſanatus (reſtituta & ſanata) ad priſtina pietatis tuæ reparetur officia.

Reſpice quæſumus Domine ſuper ⁎ hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) in infirmitate ſui corporis laborantem, & animam refoue, quam creaſti, vt caſtigationibus tuis ⁎ emundatus (emundata) continuo ſe ſentiat tua medicinâ ⁎ ſaluatum (ſaluatam)

VIrtutum cæleſtium Deus, qui ab humanis corporibus omnem languorem & omnem infirmitatem præcepti tui poteſtate depellis: adeſto propitius huic ⁎ famulo tuo (famulæ tuæ) vt fugatis infirmitatibus, & viribus

bus receptis, nomen ſanctum tuum inſtaurata protinus ſanitate benedicat. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen.

Tempore imminentis periculi mortis infirmi, poterint aliquæ orationes ſuprà ſcriptæ omitti, imo etiam Litania, quæ poteſt in templo ſuppleri.

Orationibus finitis, hortetur Sacerdos infirmum, vt confiteatur, ſi antè non eſt confeſſus, vel ſi poſt Cõfeſſionem, alicuius peccati recordetur. Quod ſi non indigeat confeſſione, tamen dicat cum eo generalem confeſſionẽ, poſitaq́; manu ſuper caput eius abſoluat eum, dicens:

Miſereatur tui, &c. Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui dixit diſcipulis ſuis: Quæcunq; ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælis: & quæcũq; ſolueritis ſuper terrã, erũt ſoluta & in cęlis: de quorũ numero, quãuis indignos nos eſſe voluit, Ipſe te abſoluat, per miniſteriũ noſtrum ab omnibus peccatis tuis humanitùs contractis, quæcũq; cogitatione, locutione, operatione, cõtra præcepta diuina egiſti, atq; à nexibus peccatorũ tuorum * abſolutum (abſolutam) perducere dignetur ad regna cælorum. Qui viuit & regnat cum Deo Patre in vnitate Spiritus ſancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. Reſp. Amẽ.

Deinde Sacerdos lauet manus, præparans ſe ad vngendum infirmum, & vulgari ſermone hortetur eum in hæc verba: *. Chariſſime (Chariſſima) recordare, quod multoties Deum offendiſti quinq; ſenſibus tuis exteriobus, ſcilicet, viſu, auditu, guſtu, odoratu, tactu. Ideo ora Deum, vt tibi peccata tua dimittat: & ego te vngam oleo conſecrato, & oratio fidei ſaluabit te, & alleuiabit te Dominus, & ſi in peccatis es, dimittentur tibi.

Polonicè. Bracie mily (Mila ſioſtro) pamietaj zes wiele

krot pana Boga obrazil piacia ſmyſlow zwierſchnich/to ieſt vidzenim/ſlyſſenim/povonienim/ſmakovanim/ y dotykanim. Przeto pros pana Boga/abyc grzechy twoie odpuſcil/ a ia ciebie pomaze oleiem poſwieconym/a modlitwa wiary zbavi ciebie/ y dopomozec pan Beg/ a ieſlis ieſt w grzechach/bedac odpuſſczone.

Germanicè. Lieber N. (Liebe N.) bedencke/das du vielmals den allmechtigẽ Gott verzürnet haſt/mit deinen fünff euſſerlichen Sinnen/ als nemlich/mit dem geſicht/gehör/gſchmack/ geruch/ vnd greiffen /derwegen bitte Gott/das er dir deine Sünden verzeihe / vnnd ich will dich ſalben/mit dem geweihetem öle/ vnnd das Gebett des glaubens wirt dich ſelig machen / vnnd der Herr wirt dich erheben/vnnd ſo du noch in ſünden ſteckeſt / werden ſie dir vergeben werden.

Tunc intincto pollice manus dextrę in oleum ſacrum, faciat ſignum crucis ſuper vtrumq; oculum infirmi. Et primò ſuper dextrum, deinde ad ſiniſtrum, dicendo vt ſequitur:

Ad Oculos.

VNgo hos oculos tuos oleo ſanctificato, In nomine Patris, & Filij, ✠ & Spiritus ſancti. Et per iſtam ſanctam vnctionem,& ſuam pijſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid deliquiſti per viſum Amen. Pax tecum. Et tergat ſtuppâ loca inuncta,& reponat eam in ſcutellam præparatam.Simili modo fiat ad quamlibet vnctionem. Manus verò & pedes,præterquã quòd ſtuppâ abſterguntur, etiam panniculis mundis ligentur, vel ſoccis lineis induantur,qui poſtea opportuno tempore igni crementur, vel ſi moriatur infirmus, cum ijs ſepeliatur.

Ad Aures.

VNgo has aures tuas olei ſacrati liquore: In nomine Patris, & Filij, ✠ &Spiritus ſancti. Et per iſtam

ſacram

ſacram vnctionem, & ſuam pijſſimā miſericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid deliquiſti per auditum, Amen. Pax tecum.

Ad Nares.

VNgo has nares oleo ſacrato: In nomine Patris, & Filij, ✠ & Spiritus ſancti. Et per iſtam ſacram vnctionem, & ſuam pijſſimā miſericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid deliquiſti per odoratum Amen. Pax tecum.

Ad Labia.

VNgo hæc labia conſecrati olei medicamento. In nomine Patris, & Filij, ✠ & Spiritus ſancti. Et per iſtam ſanctam vnctionem, & ſuam pijſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid deliquiſti per guſtum & locutionem, Amen. Pax tecum.

Ad Manus.

Hæ autem Sacerdotibus exteriùs, cæteris verò interiùs vnguntur.

VNgo has manus tuas oleo benedicto. In nomine Patris, & Filij, ✠ & Spiritus ſancti. Et per iſtam ſanctam vnctionem, & ſuam pijſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid deliquiſti per tactum Amen. Pax tecum.

Ad Pedes.

VNgo hos pedes tuos oleo benedicto. In nomine Patris, & Filij, ✠ & Spiritus ſancti. Et per ſacram iſtam vnctionem, & ſuam pijſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid deliquiſti per greſſum Amen. Pax tecum.

Quibus peractis Sacerdos lauet pollicem cum ſale & aqua

aqua ſupra ſcutellam, in quam ſtuppâ repoſita eſt, qua deterſa ſunt loca inuncta, & iubeat ea omnia ſimul cōburi.

Deinde dicat.

VNxi te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, obſecrans miſericordiam ipſius Domini ac Dei noſtri, vt fugatis omnibus doloribus & incommoditatibus corporis, recuperetur in te virtus & ſalus, quatenus per huius operationem myſterij, & per hanc ſacri olei vnctionem, atque noſtram deprecationem, virtute ſanctæ Trinitatis, priſtinam ac magis robuſtam percipere merearis ſanitatem. Per Chriſtum Dominum noſtrū. Reſp. Amen.

ORATIO.

ORemus. Domine Deus ſaluatot noſter, qui es vera ſalus & medicina, & à quo omnis ſanitas & medicamentum venit, qui nos Apoſtolico documento inſtruis, vt languentes olei liquore tangeremus, reſpice propitius ſuper * hunc famulum tuum, & quem (hanc famulam tuā, & quam) languor cruciat ad exitū, & virium defectus trahit ad occaſum, medela tuæ gratię reſtituat ad ſalutem. Per Chriſtum Dominū noſtrum. Reſp. Amē.

ORATIO.

ORemus. Reſpice Domine propitius ſuper * hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) & opem ei ferre dignare ſuper lectum doloris eius, impone manū tuam manui noſtræ, nec noſtram peccatorum dextram ſpernat infirmitas, ſed ad inuocationem tui nominis vereatur, & fugiat, vt ſanitati priſtinæ * reſtitutus (reſtituta) exurgat, & ſanctæ Eccleſiæ tuæ repræſentetur incolumis. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Oratio-

Orationibus finitis Sacerdos ponat manum ſuam dextram ſuper infirmum, dicens:

Sanet te Deus Pater, qui te creauit.
Sanet te Dei Filius, qui pro te in cruce paſſus eſt.
Sanet te Spiritus ſanctus, qui ſuper te in Baptiſmo effuſus eſt.
Adſtantes reſpondeãt: Amen.

Deinde cum ſigno crucis dicat: Sanet te ſancta Tri-✠nitas vnus Deus, ab omni dolore & infirmitate. Qui viuit & regnat Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus apud te ſit, vt te defendat: Intra te ſit, vt te re ✠ ficiat: Circa te ſit, vt te cõſeruet: Ante te ſit, vt te dedu ✠ cat: Poſt te ſit, vt te cõfortet: ✠ Super te ſit, vt te vndiq; muniat atq; bene ✠ dicat. Spiritus ſanctus deſcẽdat & maneat ſuper te. Reſp. Amẽ.
Propicietur Dominus cunctis iniquitatibus tuis. Reſp. Amen.
Et ſanet omnes languores tuos. Reſp. Amen.
Redimatq; de interitu vitam tuam. Reſp. Amen.
Et ſatiet in omnibus bonis deſiderium tuum. Qui ſolus in Trinitate vnus Deus viuit & regnat in ſæcula ſeculorũ. Reſp. Amen. Verſ. Pax tecũ. Reſp. Et cũ Spiritu tuo. Et benedictio Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti deſcẽdat ſuper te, & maneat ſemper. Reſp. Amẽ.

SEQVVNTVR EXHORTATIONES, Interrogationes, & Orationes aliquot Latinè, Polonicè, & Germanicè: quas Sacerdotes dum infirmos morituros viſitant, facere poſſunt ante vel poſt ſacræ Euchariſtiæ, vel extremæ vnctionis ſuſceptionem.

Exhortatio Prima.

N. * dilecte (dilecta) conſidera, nos omnes ſubie-

ctos eſſe potenti manu Dei, atque ipſius voluntati, quandoquidem omnes nos cuiuſcunque conditionis aut ſtatus, Reges, Principes, diuites & pauperes, mortis tributũ ſoluere, neceſſe eſt. Venimus in hunc mundum peregrinorum more, vt ex eo tranſeamus, non vt manſionem in eo ſtabiliamus, quin potius vt hîc bene & meritoriè viuẽtes, & Deo ſeruientes, horribiles inferni pœnas euitemus, & gloriam æternam adipiſcamur.

Secunda.

RÈcognoſce diligenter, cum gratiarum actione, à Deo tibi conceſſa beneficia, & præſertim quod tibi in hac extrema hora, ſui cognitionẽ dederit, nec te morte ſubitanea præoccupauerit. Gratias pro his ac alijs innumeris donis, & beneficijs eidem nũc refer, ad ſuam inifinitã miſericordiam confugiens, & veniam ab eo de commiſſis à te criminibus humiliter poſcens.

Tertia.

SOllicite cogita, te in vita tua plurima delicta perpetraſſe, pro quibus pœnã ferre meruiſti, vnde & huius infirmitatis & mortis pœnas patienter tolerare debes, rogans Deum, vt præſentis doloris acerbitas remiſſionem operetur peccatorum tuorum, & purgatorij horribiles cruciatus in hanc afflictionem commutet. Tolerabilius enim eſt, hîc quàm in futuro puniri. Quod ſi corde contrito pœnam neceſſariam tanquam voluntariam patienter ſuſtinebis, omnem pœnam & culpam remittet tibi Deus, certusq; paradiſum introibis. Alioquin propter impatientiam, æternam pœnã & damnationẽ (quod abſit) incurres.

Quarta.

IN hac hora extrema * conſtitutus (conſtituta) ſuper omnia, circa Spiritualem ſalutem tuam meditare.

Nun-

Nunquam enim fortaſſe in futurum huiuſmodi meditationis occurret opportunitas. Omnem aliam ſolicitudinem rerum terrenarum relinque, quas relinqui neceſſe eſt. Et quæ nec ab inferni præcipitio eripere valent. Plena te fide Deo committe: & ei, qui omnipotens, bonus & ſapiens eſt, te & tua tuorumq; omnia regenda præbe. Omnem præterea cogitatum tuum, in eum dirige: aſtantes rogans, vt pro ſalute tua Deum precibus exorent.

INTERROGATIONES ad infirmũ faciendæ, ad quas infirmus reſpondere debet, vel ſi vſum loquendi amiſit, ſigno aliquo exteriori vel ſolo cordis conſenſu annuere.

Sacerdos. Credís ne oēs articulos fidei, & omnia quę meritò credere debet quilibet Chriſtianus? Reſp. Credo.

Deteſtarís ne, & reprobas omnes hæreſes, errores, & ſuperſtitiones à ſancta Matre Eccleſia Catholica damnatas & reprobatas? Reſp. Reprobo.

Gaudes mori in fide Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in vnitate atq; obedientia ſanctæ Matris Eccleſiæ. Reſp. Gaudeo.

Recognoſcis te Deum grauiter offendiſſe, & non ita vixiſſe in vita tua, & in ſtatu tuo, ſicuti debueras. Reſp. Fateor.

Doles ex toto corde de omnibus peccatis tuis commiſſis, & de bonis omiſſis, & neglectis, & de contemptu gratiarũ à Domino Deo tibi conceſſarũ. Reſp. Doleo.

Petis ſuper his à Deo veniam? Reſp. Peto.

Habésne ſyncerum propoſitũ, & explicatam voluntatem, vitam tuam in melius commutare atq; corrigere, ſi vita comes ſuperfuerit? Reſp. Habeo.

Rogás ne etiam Deũ, vt tibi gratiam præſtet, hoc propoſitum continuandi, veramq; contritionem habendi? Reſp. Rogo.

Es'ne tibi cõſcius alicuius peccati mortalis vel criminis, de quo non ſis cõfeſſus? Reſp. Sum. Vel, Nõ ſum.

Optás ne etiam cor tuum illuminari, ad oblitorum criminum, ſi quæ ſint, notitiam habendam? Et an ea libenter confitereris. Reſp. Opto.

Parcís ne ex corde propter amorem Ieſu Chriſti omnibus, qui te vel verbo, vel opere vnquam læſerunt, aut qui tibi nocumentum intulerunt? Reſp. Parco.

Petís ne etiam veniam tibi dari ab his, quos tu vel verbo vel opere offendiſti, aut quibus nocumentum intuliſti? Reſp. Peto.

Vis ablata per te reſtitui quantum ad id teneris, iuxta facultatum tuarum valorem, etiam vſq; ad omnium bonorum tuorum ceſſionem, & renuntiationem, ſi aliâs ſatisfactio fieri non poſſet? Reſp. Volo.

Credís ne aliter te ſaluari nõ poſſe, & vitam æternam ingredi, niſi per meritum paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti? Reſp. Credo.

Interrogationibus & Reſpõſionibus hiſce omnibus, vel aliquibus peractis, poteſt Sacerdos dicere ad infirmũ:

Committo te igitur Deo omnipotenti, & beatiſſimæ virgini Mariæ, atq; protectioni Sanctorum omnium. Et ſi quid tentationis vel deſperationis tibi fortè occurrerit, ingere & committe te Cruci, paſſioni & morti Ieſu Chriſti Domini noſtri. Et hæc ſedulò ante oculos cordis tui habe, & mente firmiter teneto, nec deſperare debes. Paſſus enim eſt & mortuus Dominus noſter Ieſus Chriſtus pro te, & omnibus nobis, vt nos omnes ſaluos faceret, & ipſe ſaluabit animam tuam.

Orationes ad quas dicendas æger (ſi poteſt) à Sacerdote inducatur.

DEus meus, pijſſime pater, miſerere mei: Deus meus, pijſſime

pijſſime Pater, in manus tuas cõmendo Spiritum meum: Pater miſericordiarũ, miſericordiã fac huic pauperculæ creaturæ tuę. Adiuua me, nũc etiã in hac vltima neceſſitate. Succurre Domine iam animę agenti & deſolatæ, vt nõ captiuetur à malignis ſpiritibus, nec à canibus infernalibus deuoretur. Dulciſſime Domine Ieſu, ob meritum & virtutem tuæ beatiſſimæ paſſionis, iube me recipi in numerum electorũ tuorum: Saluator meus, & redemptor meus, reddo me totum tibi, nõ me deſpicias: Ad te venio, non me repellas. Domine paradiſum tuum poſtulo, non propter valorem meritorum meorum, ſed in virtute, & efficatia tuæ benedictæ paſſionis, per quam me miſerum redimere voluiſti: Et mihi paradiſum pretio tui ſanguinis emere dignatus es. Ipſum mihi conferre feſtina, propter quem nec tuæ diuitiæ aut potentiæ minuentur, nec ipſe paradiſus anguſtior aut minor inuenietur.

Salutet poſtea virginem Mariam, dicens:

REgina cęlorũ, Mater miſericordię, refugiũ peccatorũ, reconcilia me vnigenito filio tuo, & eius clementiam pro me indigno peccatore interpella, vt ob amorem tui, crimina mea remittat, atq; me ad ſuam gloriã perducat.

Angelos deinde precibus inuitet, dicens:

SPiritus cælorũ, Angeli beatiſſimi, aſſiſtite quęſo mihi ex hoc ſæculo migrãti. Et potenter me eripite ab omnibus aduerſariorũ inſidijs. Et animam meã in conſortium veſtrum aſſumite. Et tu pręcipue Angele bone, cuſtos meus, exitum hunc meum ſingulariter tibi cõmendatum habe.

Item dicat verba, quæ Beato Auguſtino aſcribuntur.

Pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, & virtus paſſionis eius, & ſignum ſanctę Crucis, & integritas beatiſſimę virginis Mariæ, Et benedictio omnium Sanctorum & Sanctarum: cuſtodia omnium ſanctorum Angelorum, nec

nō ſuffragia ſanctorum Electorum ſint inter me, & omnes inimicos meos viſibiles & inuiſibiles in hac hora mortis meæ. In nomine Patris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ſancti, Amen.

Vltimò dicat.

In manus tuas Domine commēdo Spiritum meum. Redemiſti me Domine Deus veritatis.

Napominanie / pytanie / y modlitwy / ktorych kaplan przy vmieraiacych vzywac moze / albo po przyecziu ciala Bozego / albo po pomazaniu oleiem ſwietym.

Pierwſſe napominanie.

OBacz mily bracie (mila ſioſtro) ze wſſyſcy ieſteſmy pod moc a volia Boza poddani. Bo kazdy z nas ktoregozkolviek ſtanu albo zavolania ieſt / tak krolovie iako y inſſy panovie / tak tez bogati iako vbogi mvſi vmrzec. Przyßliſmy na ten ſwiat iako przychodniovie y pielgrzimovie / nie zebyſmy thu mießkanie ſwoie nawieki ſadovie mieli: ale abyſmy thu dobrze a przyſtoinie Zyiac / y panu Bogu ſluzac / ſtraßliwych mak piekielnych vſſli / a chwaly wieczniei doſtapili.

Wtore.

VWaz pilno v ſiebie / a dziekui panu Bogu za dobrodzieſtwa tobie od niego dane: A nawiecei zee ſwe oſtatnia godzine twoieſamego ſiebie vznanie dal / a ze cie nagla ſmiercia z tego ſwiata niewzial. Za te tedy y za inſſe dobrodzieiſtwa ij dary iego / teras iemu ile mozeſs czyn dzieki / a vciekai ſie do iego niezmiernego ij nieſkonczonego miloſierdzia / proßac ſercem pokornym ij ſkruſſenym o odpuſſczenie grzechow twoich.

Trzecie.

ROzmyſlai tez ſerdecznie / zes na tym ſwiecie viele grzechow popelnil / za ktores niemale karanie od pana Boga zaſluzyl. Skromnie tedy maß te twoie chorobe ij ſmierc od niego przijac /

a proſic

a proſie go/ ze byc przes to doczeſnē karanie grzechom twoym od puſſczenie dal/ ij od ſtraſsliwych mak czyſcczowych ciebie obronil. Bo znoſnieiſſa rzecz ieſt tu na tym ſwiecie byc karanym/ a niz na onym. To tedy karanie ieſlize z ſercza ſkruſsonego dobrovolnie ij ſkromnie przijmuieſz/bes wſſego vatpienia bedac wſſytkie grzechy odpuſſcone/y potym do raiu wnidzieſs. A gdziebyſ wiec tego nie cierpliwie przijal/ to rzecz pewna/ ze wiecznego karania ij potepienia nie vidzieſz / ktorego cie panie Boze raz vchowac.

Czwarte.

ZA czaſu tedy zyvota twego oſtatnici godziny / miedzy inſſymi rzeczami o zbavieniu duſſe twoiei myſl pilnie. Boc ſnadz potym nie trafi ſie / zebys mogl takiego rozmyſlania vzywac. O rzeczach tych doczeſnych wſſelakie ſtaranie puſc mimo ſie: a rad nierad mvſiſs puſcic / bo ieſt prozne/ij od piekielnych przepaſci ciebie nigdy nie ratuie. Zupelna viara panu Bogu ſie porucz/ ij iemuz/ ktory ieſt wſſechmocny/dobry/ ij madry/ ſiebie ſamego ij ſwoie wſſytko w opieke dai. J przytym myſl twoie wſſytke ku niemu ſciagai/a tych ktorzy przy tobie ſtoia zadai/aby ſie do pana Boga o duſſe twoiei zbavienie modlili.

Pytania chorego/ na ktore on ma kaplanovi odpoviadac: a ieſli iuz move zamknal/tedy znakiem iakim zwierzchnim abo przynamniei veſt chnienim ſerdecznym ma na to pozwalac.

Sacerdos. Vierziſs ſtatecznie ij gruntownie o czlonkach wſſyſtkich viary krzeſciianſkei/ ij o inſſych rzeczach/ ktore kozdy ſkrzeciianſki czlowiek vierzyc povinien? Reſpōdeat. Wierze.

Hanbiſs ij przeklinaſs wſſyſtkie kacerſtwa / bledy/ij zabobony / ktore hanbi matka naſſa koſciol ſwiety powſſechny? Reſp. Hanbie.

Kochaſz ſie wtym/ ze w vierze pana naſſego Jeſu Chriſta ij wiednoſci ij wposluſſenſtwie koſciola powſſechnego z tego ſwiata zchodziſz? Reſp. Kocham.

Znaſz ſie do tego/ zes pana Boga grzechami twoimi niezliczonymi nie pomalu obrazil / a zes tez czas zyvota twoiego na

tym

tym ſwiecie nic według ſtanu twoiego y iakos był powinien/ ſtrawił? Reſp. Znam.

Zaluieß ſerdecznie za grzechy twoie / y tego/ zes vczynkow dobrych zaniedbał / y dobrodzieſtw Bozych niewdziecżen był? Reſp. Zaluie.

Zadaß za te wſſytkie grzechy od pana Boga odpuſſzenia? Reſp. Zadam.

Maß te myſl y volia/abys zywota twego na potym polepſſył/ieſlie pan Bog zdrowia vzyczy? Reſp. Mam.

Proſiſs tez pana Boga / abyc laſki ſwoiei vzyczył / zebys wtym vmyſlie trwał / a prawdziwa ſkruche miał za grzechy twoie? Reſp. Proſſe.

Nie czuieß na ſie iaki grzech ſmiertelny / ktoregos ſie ieſſcze nie ſpowiadał? Reſp. Czuie. Vel. Nieczuie.

Zadaſs tez aby ſerce twoie było oſwiecone/zebys mogł miec grzechow twoich vznanie / ieſlis ieſſcze ktorych przepomniał / a izebys ſie ich ießcze rad ſpowiadał? Reſp. Zadam.

Odpußczaſs tez z pravego ſerza / dla miłoſci pana Jeſu Chriſta wßytkim tym/ktorzy cie albo ſłowem/albo vczynkiem obrazili/alboc tez niekiedy wczem zaßkodzili? Reſp. Odpußczam.

Pragnieſs tez/abyc ci przepuſcili/ktores ty albo ſłowem albo vczynkiem obraził/y ieſlis ktoremu czo przykrego vczynił? Reſp. Pragne.

Chceß tez / aby to czos kiedy komu z krzywda iego wział / było do namnieißei rzeczy z twoiei maiętnoſci wroczono y nagrodzono/ieſli ſie inaczei obrazonemu doſyc ſtac niemoze? Reſp. Chce.

Maſs zupełna y doſkonała wiare o tym/ze inaczei zbawion byc niemozeß/y do zywota wiecznego nie wnidzieſs/iedno przes zaſługe meki pana naſſego Jeſu Chriſta? Reſp. Mam.

Te pytania y odpowiedzi tak odprawiwſſy/albo ktorekolwiek ſnich/kapłan moze do chorego mowic.

Porucz am cie tedy panu Bogu wſſechmogacemu/ y błogoſławionei dziewicy pannie Mariei/ij daie cie w obrone wſſyſtkim ſwietym wybranym Bozym. A ieſliby pokuſa albo roſpacz iaka na cie przychodziła/poruczai ſie mece y ſmierci pana naßego Jeſu Chri-

ſu Chriſta. J to vſtawicznie przed oczyma ſercza ſwego miei/ y na tym myſl ſwoie vtwierdz a nie roſpaczai. Abowim vmeczon ieſt y vmarl pan naß Jeſus Chriſtus dla ciebie y dla nas wßyſtkich/ abyſmy wßyſcy zbavieni byli/ y tenze tez duſſe twoie z bavi.

Modlitwy aby tez chory movil / ieſlize moze / ma byc przes kaplana namavian.

Panie Boze moi/oicze miloſciwy/ſmiluiſie nademna. Panie Boze moi/oicze miloſciwy / w rece twoie duſſe moie poruczam. Oicze miloſierdzia / ſmilui ſie nad tym vbogim ſtworzenim twoym. Wſpomoz mie tez teras wtei oſtatniei potrzebie moiei. Dopomoz mily panie dußy nedznei y opuſſczonei / aby niebyla poymana od duchow zlych / ani od pſow piekielnych pozarta. Naſlodßy panie Jeſu/przes zaſluge y moc blogoſlavionei meki twoiei/ kaz mie pryziac wlidzbe twoich wybranych. Zbavicielu y odkupicielu moi/poddawam ci ſie wßyſtek/nie gardz mna. Do ciebie ide/nie odrzuczai mie. Panie/o rai twoi ciebie proßę / nie prze zaſlugi moie/ale prze moc blogoſlavionei meki twoiei/ktoras mnie nedznego odkupil/y rai krwia twoia kupic raczyl. Then ze mi rai bes omieſſkania racz dac/ dla ktorego ani bogactwa / ani wladza twoia vmnieiſſona nie bedzie / y rai tym nie bedzie cieſnieiſſy/ani mnieißy.

Niechai potym dziewice panne Maria pozdrovi/mowiac.

Kroleiwno niebieſka/ matko miloſierdzia/veieczko grzeßnych/ przeiednai mi gniew iedinego ſyna twego / y pros za mna niegodnym grzeßnym iego laſki/ aby mi wzgledem twei miloſci/ grzechy moie odpuſcil/y doſwei chwaly przyprovadzic raczyl.

A potym tez Angiolow niech vzywa prozbami mowiac.

Duchowie niebieſcy Angiolovie blogoſlavieni / proſſe vas badzcie przy mnie/gdy mam zeiſcz z tego ſwiata: J mocnie mie/ ze wſſyſtkich ſidl nie przyacielſkich wyrwicie/a duſſe moie w vaße towariſtwo przymicie. A zwlaſſcza ty dobry Angiele ſtrozu moi/tobie zeſcie moia z tego ſwiata oſobliwie wopieke poruczam.

Potym niechai movi ſlova / ktore S. Auguſtinovi przypiſane ſa.

Pokoi pana naßego Jeſu Chriſta/moc meki iego / znak ſwie-

tego krzyza/y dzievicztwo blogoſlavionei panny Mariei/ blogoſlavienſtwo wſſyſtkich ſwietych y ſwiecie / ſtroza wſſyſtkich ſwietich Angiolow y przyczyna wſſytkich ſwietych wybranych / niechai bedzie miedzy mna/ a miedzy nieprzyacielmi moiemi / vidomemi y nievidomemi/wte godzine ſmierci moiei. W imie Oicza/ y Syna/ y Ducha ſwietego Amen.

Nakoniecz niechai tak movi.

W rece twoie / Panie/ poruczam duſze moie / odkupiles mie panie Boze prawdy.

Etliche vermanungen/bey den Sterbenden.

ZVM Erſten/ Lieber N. oder liebe N. Bedencke wol/das wir Menſchen alle der gewaltigen handt Gottes/ vnd deſſelben Göttlichen willen / vnterwurffen ſeindt / ſintemal alle/ wes Wirdens oder Standts/Könige/Fürſten/Reich vñ Arm/ Jm den Todt zu leiſten ſchuldig ſeindt / Wir ſindt auch in die Welt komen als Frembdlinge/nicht das wir vns in derſelben ein gewiſſe bleibende ſtelle zu habē verhoffen ſolten / ſonder das wir ein mahl widerumb dieſelbe verlaſſen / vnnd von dannen wandern müſſen/vnd ſo wir darinnen wolgelebt/gute werck gethan/ vnnd Gott dem allmechtigen fleiſſig gedienet / dardurch der erſchrecklichen ſtraff in der Hellen entgehen/ vnd die ewige freude erlangen.

ZVM Andern/ Bedencke mit allem fleiß/vnd ſonderlicher danckſagung/das dir der allmechtiger Gott viel wolthaten erzeiget/vnd zu forderſt/das er dich in dieſer letzten ſtunden / mit ſeiner kentniß erleuchtet/vnnd nicht durch einen ſchrecklichen vnuerſehenen todt / von hier genommen hat/Vor dieſe vnnd andere vnzalbare gaben ſage Jme nu danck / an ſeiner vnaußſprechlichē barmhertzigkeit nichts zweifflende/vnd bitt demüttig vmb verzeihung aller begangenen Sünden.

ZVM Dritten/ Bedencke wol/das du in deinem Leben viel geſündiget / damit du groſſe ſtraff verdienet/ derwegen ſolſtu nun auch dieſe deine ſchwacheit/vnd todtes ſtraff deſto gedultiger

leiden/

leiden/vnd den allmechtigen Gott anrüffen/auff das die bitterkeit/dieſes deines ſchmertzens/dir erwerbe ablaß deiner ſünde/vnd für die erſchreckliche plage des Fegfeürs dieſe Gottes heimſuchung entgelteſt/dan es dir viel liechtlicher/das du hier in dieſem/dan in jenem leben geſtraffet werdeſt/Vñ wo du mit büßfertigem hertzen/dieſe nötige ſtraff/guttwillig vnd gedultig wirſt leiden/wirdt Gott der allmechtige alle verdienete ſchuldt/vñ ſtraff von dir abwenden/vnnd wirſt in das Paradeiß eingehen/ſonſt wirſtu durch deine vngedult/die ewige verdamnus (welchs Gott ferne abwende) eintretten müſſen.

ZVM Vierdten/ Betracht für alle ding in dieſer deiner Letzten ſtundt/deiner ſeelen ſeligkeit/dan dir villeicht nachmals ein ſolchs zubedencken/nit gelegenheit ſein wirt. Vnd verlaß alle andere weltliche bekümmernus/die du doch ſonſt verlaſſen müſt/vnd welche dir auß der Hellen pein nicht helffen werden/Vnd befilh dich mit ſtarckem glauben Gott dem Vatter/vnd ſtelle alle deine gedancken allein auff jn/der da allmechtig/gütig/vnd weiß iſt/Die vmbſtehenden aber bitte/das ſie Jn/dir ein ſeliges ende zuuerleihen/anruffen wolten.

Etliche Fragen dem Krancken für zuhalten/ darauff er antwortten/oder ein euſſerlich zeichen geben ſolle.

GLeubeſtu auch alle artickel des Glaubens/vnd alles das was einem jedern Chriſten billich zugleuben gebürt. Reſp. Jch gleub es.

Schendeſtu auch/vnnd verdammmeſt alle Ketzereien/Jrthumb vñ Aberglaub/von der heiligen Mutter der allgemeinen Kirchen verdampt vnd verworffen. Reſp. Jch werff ſie.

Freweſt du dich zuſterben in dem glaubẽ vnſers Herrn Jeſu Chriſti/vnd in der einigkeit/auch gehorſam der heiligen allgemeinen Kirchen. Reſp. Jch frewe michs.

Erkenneſtu auch/das du Gott offt vnnd hefftig verzürnet/vnd in deinem Leben vnnd Stande/nicht/wie du wol geſolt hetteſt/gelebet haſt. Reſp. Jch bekenne es.

Reuwet dich auch von hertzẽ/das du ſo viel Sündẽ begangẽ/das gute dargegen nachgelaſſen/vñ verachtet/vnd die gaben ſo

dir Gott verliehẽ mißbrauchet haſt. Reſp. Es rewet mich.

Bitteſtu derwegẽ von Gott genade? Reſp. Jch bitte es.

Haſtu auch ein rechten fürſatz vnd gentzlichen willen/dein leben zubeſſern/ ſo dir der allmechtiger Gott daſſelbe ferner friſten vnd erlengern wurde? Reſp. Jch habe es.

Bitteſtu auch Gott/das er dir gnade verleihen wolde/ dieſen deinen fürſatz zuſtercken/ vnnd warhafftige Rew zu haben? Reſp. Jch bitte es.

Jſt dir auch noch irgendts eine Todtſünde bewuſt/oder ſunſt eine That/ſo du nicht gebeichtet hetteſt? Reſp. Ja oder Nein.

Wolteſtu auch gerne/das dein hertz/von wegen der vergeſſenen begangenen Sünden erkentniß zuhaben/ möchte erleuchtet werden/ vnnd ob du dieſelben gerne beichten wolteſt? Reſp. Jch begere es.

Verzeiheſtu auch von hertzen/ wegen der liebe vnſers Herren Jeſu Chriſti/ allen denen / die dich entweder mit worten oder mit wercken beleidiget haben / oder die dir ſchaden zugefügt haben? Reſp. Jch verzeihe es jnen.

Begereſtu auch verzeihung / von denen / die du etwan mit worten oder wercken beleidiget haſt/oder jnen ſchaden zugefügt? Reſp. Jch bitte es.

Wilſtu auch daß das jenige / ſo du mit vnrecht an dich gebracht/ durch dich wieder erlegt werde nach geltung vnd werdt deiner gütter/wo die gnugthuũg oder abtrag dauor anders nicht geſchehn kündt? Reſp. Jch wil es.

Gleubeſtu auch / das du anders nicht kanſt ſelig werden/ noch die ewige frewde eingehen / dan allein durch den verdienſt des leidens vnd ſterbens vnſers Herren Jeſu Chriſti? Reſp. Jch gleube es.

So nun der Krancke zu dieſen fragen recht geantwort hat/ kan in der Prieſter ferner mit dieſen tröſtlichen worten anreden.

Jch befelh dich dem allmechtigen Gott / vnnd der heiligen Junckfraw Maria/vnd in den ſchutz aller Heiligen/ vnnd ſo dich irgendts ein anfechtung oder verzweifflung ankeme / ſo vnterwirff

wirff vnd befilh dich dem Creutz/ leiden / vnd ſterben vnſers Herren Jeſu Chriſti/ denſelben habe fleiſſig in deinem hertzen / vnnd verzweiffel nicht/ denn vnſer Herr Jeſus Chriſtus gelitten hat vnd geſtorben iſt/ für dich / vnnd für vns alle / damit er vns alle ſelig machte/ der wirt dich auch erretten.

Ein Gebett.

ACH mein Gottt/ du gütigſter Vatter / in deine hende befelh ich meinen Geiſt. Ach Vatter aller barmhertzigkeit/ ſey genedig dieſer deiner armen Creatur / hilff mir auch nun/ in dieſer letzten noth/ kom̃ zu hülff O Herr der armen vnnd jetzt verlaſſenen Seelen/ auff das ſie nicht von den böſen geiſtern gefangen/ vnd von den helliſchẽ Hunden verſchlungen werde. O du aller ſüſſeſter Herr Jeſu / durch den verdienſt vñ kraft deines heiligſten leidens vñ ſterbens/ befilh ich mich auffzunemen in die zal deiner Außerwelten / Ach mein Seligmacher vnd erlöſer / ich vbergebe mich gantz vnd gar dir/ verwirff mich nicht / zu dir komme ich/ ſtoß mich nicht auß. O Herr dein Paradeiß beger ich/ nicht nach wert meiner verdienſt / ſondern durch die krafft vnnd wirckung deines gebenedeieten leidens / durch welches du mich armen Sünder erlöſen wolteſt / welches Paradeiß du mit deinem Blůt mir zu gute erkaufft haſt / daſſelbig verleihe mir vorderlich/ dardurch werden deine Riechthumbe / vnnd gewalt nicht gemindert / auch das Paradeiß nicht Enger / noch kleiner befunden.

An die Junckfraw Maria.

O Du Königin der Himmel / O du Mutter der Barmhertzigkeit / ein zuflucht der armen Sünder / verſöne mich mit deinem eingebornen Sohn / vnnd erwirb mir vnwirdigen Sünder ſeine gütigkeit / auff das er mir durch deine liebe / meine Sünden/ vergeben vnnd in ſein Reich nemen wolte.

An die Heiligen Engeln.

O Jr Geiſter der Him̃el/ O jr heiligſten Engel/ſtehet bey mir/der ich auß der Welt wandere / vnnd bewaret mich mechtiglich vor aller betrieglicheit/vnnd nachſtellungen der Böſenfeindt/vnnd nemet meine Seel auff in ewere gemeinſchafft/Vñ fürnemlich du from̃er Engel/mein ſchützer vñ wechter/laß dir dieſen meinen abſcheidt ſonderlich befolhen ſein.

Gebet des H. Auguſtini.

DEr fried vnſers Herren Jeſu Chriſti/ die krafft ſeines bittern leidens/vnnd das zeichen des Heiligen kreutzes ✠ die reine Junckfrawſchafft der aller heiligſtẽ Junckfraw Maria/der Mutter Gottes/ der ſegen aller Heiligen/ die behütung vnnd bewarung der ſeligen Engel/die fürbitliche hülff aller außerwelten Gottes/wöllen mich behüten vnnd bewaren/ vor allen meinen Feyanden/ſichtbarn/vnd vnſichtbarn/Jetzt in der ſtunde meines Todtes/im namen des Vatters/des Sons/ vnd des heiligen Geiſts/ Amen.

HERR/ in deine Hende befelh ich meinen Geiſt/
O Herre GOTT der warheit/der du mich erlöſet haſt.

ALIAE ORATIONES
pro Agonizantibus dicendæ.

Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon. Pater noſter. Aue Maria.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte,per agoniam, & orationem tuam ſanctiſſimam,qua oraſti pro nobis in mõte Oliueti,quando factus eſt ſudor tuus ſicuti guttæ ſanguinis decurrentis in terram,obſecro te,vt multitudinem ſudoris tui ſanguinei,quem præ timoris tui anguſtia copioſiſ-

ſimè

ſimè pro nobis effudiſti, offerre & oſtendere digneris Deo patri omnipotenti, contra multitudinem omnium peccatorum huius ⋆ famuli tui, (famulę tuę) & libera ⋆ eum (eam) in hac hora mortis ſuæ, ab omnibus anguſtijs ſuis, quas pro peccatis ſuis ſe timet meruiſſe. Qui cum Patre & Spiritu ſancto viuis & regnas Deus, per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

Kyrieeleiſon, &c. Pater noſter. Aue Maria.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte, qui pro nobis mori dignatus es in cruce, obſecro te, vt omnes amaritudines paſſionũ & pœnarum tuarum, quas pro nobis miſeris peccatoribus ſuſtinuiſti in cruce, & maximè in hora illa, quando ſanctiſſima anima tua egreſſa eſt de corpore tuo ſanctiſſimo, offerre, & oſtendere digneris Deo patri omnipotenti, pro anima huius ⋆ famuli tui, (famulę tuę) & libera ⋆ eum (eam) in hac hora mortis ab omnibus peccatis & paſſionibus, quas pro peccatis ſuis ſe timet meruiſſe. Qui cum Patre & Spiritu ſancto viuis & regnas Deus, per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

Kyrieeleiſon, &c. Pater noſter. Aue Maria.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte, qui per os Prophetæ dixiſti: In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſertus tui: obſecro te, vt eandem charitatem tuam, quæ te de cælo ad terram, ad tolerandas omnium paſſionum tuarum amaritudines attraxit, offerre & oſtendere digneris Deo patri omnipotenti, pro anima huius ⋆ famuli tui, (famulæ tuæ) & libera ⋆ eum (eam) ab omnibus paſſionibus & pœnis, quas pro peccatis ſuis timet ſe meruiſſe: &

ſe: & ſalua animam eius in hac hora exitus ſui in gloria æterna. Et tu pijſſime Domine Ieſu Chriſte, qui redemiſti nos precioſiſſimo ſanguine tuo, miſerere animę huius * famuli tui (famulæ tuæ) & * eum (eam) introducere digneris ad ſemper virentia & amœna loca paradiſi, vt viuat tibi amore inuiſibili, qui à te, & ab electis tuis ſeparari nunquam poteſt. Qui cum Patre & Spiritu ſancto viuis & regnas &c.

COMMENDATIO ANImæ in agóne ſui exitus à corpore.

Primò ſi tempus fuerit, dicantur ſeptem Pſalmi pœnitentiales cum Litanijs, vt ſuprà fol. 57. & 64. Deinde Sacerdos dicat:

Proficiſcere anima Chriſtiana de hoc mundo: In nomine Dei patris omnipotentis, qui te creauit: In nomine Ieſu Chriſte filij Dei viui, qui pro te paſſus eſt: In nomine Spiritus ſancti, qui in te effuſus eſt. Hodie ſit in pace locus tuus, & habitatio tua ſit in ſancta Syon. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

ORATIO.

DEus miſericors, Deus clemens, Deus qui multitudine indulgentiarum nulla temporum lege cōcluderis: ſed pulſantibus miſericordiæ tuæ ianuam aperis, pœnitentes etiam ſub ipſo vitæ termino non repellis, reſpice propitius ſuper hunc * famulum tuum (hanc famulam tuam) N. remiſſionem omnium peccatorum ſuorum tota cordis confeſſione poſcentem. Renoua in * eo (ea) pijſſime Pater, quicquid terrena fragilitate corruptum, vel diabolica fraude vitiatum eſt. Et vnitati corporis Eccleſię membrum tuæ redemptionis annecte.

Miſere-

Miſerere gemituum, miſerere lachrymarum,& non habentem fiduciam, niſi in tua miſericordia, ad Sacramentum tuæ reconciliationis admitte. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

ORATIO.

COmmendo te omnipotenti Deo * chariſſime Frater (Soror) & ei cuius es creatura cõmitto, vt cum humanitatis debitum morte interueniente perſolueris, ad authorem tuum, qui te de limo terræ formauerat, reuertaris. Egredienti itaq; animæ tuæ de corpore ſplendidus Angelorũ cœtus occurrat, Apoſtolorum tibi iudex Senatus aduen iat. Candidatorum tibi martyrum triumphator exercitus obuiet. Liliata rutilantium te confeſſorum turma circumdet: Iubilantium & virginum chorus excipiat, & beatæ quietis in ſinu Patriarcharum te complexus aſtringat. Mitis ac feſtinus Chriſti Ieſu tibi cõſpectus appareat, qui te inter aſſiſtentes ſibi iugiter intereſſe decernat. Ignores omne quod horret in tenebris, quod ſtridet in flammis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi teterrimus Sathanas cum ſatellitibus ſuis. In aduẽtu tuo te comitantibus angelis contremiſcat, atq; in æternæ noctis chaos immane diffugiat. Exurgat Deus, & diſſipẽtur omnes inimici eius, & fugiant qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus deficiat, ſicut fluit cera à facie ignis: ſic pereant peccatores à facie Dei. Et iuſti epulentur & exultent in conſpectu tuo. Cõfundantur igitur & erubeſcãt omnes tartareæ legiones: & miniſtri Sathanæ iter tuũ impedire nõ audeant. Liberet te à cruciatu Chriſtus, qui pro te crucifixus eſt. Conſtituat te Chriſtus filius Dei viui, intra paradiſi ſui ſemper amœna virentia, & inter oues ſuas te verus paſtor ille agnoſcat. Ille te ab omnibus peccatis tuis abſoluat, atque ad dextram ſuam, in electo-

rum ſuorum te ſorte conſtituat. Redemptorem tuum, facie ad faciem videas: & præſens ſemper aſſiſtens, manifeſtiſſimam beatis oculis aſpicias veritatem. Conſtitutus igitur inter agmina beatorum contemplationis diuina dulcedine potiaris in ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen.

ALIA ORATIO.

SVſcipe Domine ànimam ⋆ famuli tui (famulæ tuæ) in locum ſperandæ ſibi ſaluationis miſericordiâ tuâ. Reſp. Amen. Libera Domine animam ⋆ famuli tui (famulæ tuæ) ex omnibus periculis infernorum, & de laqueis pœnarum, & ex omnibus tribulationibus. Reſp. Amē. Libera animā ⋆ famuli tui (famulę tuę) Sicut liberaſti Enoch & Heliam de communi morte mundi. Reſp. Amen. Libera Domine animam ⋆ famuli tui (famulę tuæ) Sicut liberaſti Noë à diluuio. Reſp. Amen. Libera Domine animā ⋆ famuli tui (famulæ tuæ) Sicut liberaſti Abraam de Hur Chaldęorum. Reſp. Amē. Libera Domine animam ⋆ famuli tui (famulæ tuæ) Sicut liberaſti Iob de paſſionibus ſuis. Reſp. Amen.

Libera Domine animam ⋆ famuli tui (famulæ tuæ) ſicut liberaſti.
- Iſaac de hoſtia & de manu patris ſui. Reſp. Amē
- Loth de Sodomis & de flāma ignis. Reſp. Amē.
- Moyſen de manu Pharaonis Regis Aegyptiorū. Reſp. Amen.
- Danielem de lacu Leonum. Reſp. Amen.
- Tres pueros de camino ignis ardentis, & de manu Regis iniqui. Reſp. Amen.
- Suſannam de falſo crimine. Reſp. Amen.
- Dauid de manu Regis Saul, & de manu Goliæ. Reſp. Amen.
- Petrum & Paulum de carceribus. Reſp. Amē.

ET

ET ſicut beatam Teclam virginem & martyrem de tribus tormentis atrociſſimis liberaſti, ſic liberare digneris animã * famuli huius tui, (famulæ huius tuę) Et te cũ facias in bonis cõgaudere cæleſtibus. Reſp. Amẽ.

ALIA ORATIO.

COmmẽdamus tibi Domine animam * famuli tui (famulę tuę) N. præcamurq́; te Domine Ieſu Chriſte ſaluator mundi, vt eam, propter quam ad terram miſericorditer deſcendiſti, Patriarcharum tuorũ ſinibus inſinuare nõ renuas. Agnoſce Domine creaturã tuam, non à dijs alienis creatã, ſed à te ſolo Deo viuo & vero: quia non eſt Deus alius præter te, & non eſt ſecundũ opera tua. Lætifica Domine animam eius in conſpectu tuo, & ne memineris iniquitatum eius antiquarum, & ebrietatum, quas ſuſcitauit furor, ſiue feruor mali deſiderij. Licet enim peccauerit, tamẽ Patrem & Filium, & Spiritum ſanctum nõ negauit, ſed credidit, & zelum Dei in ſe habuit, & Deum qui fecit omnia deſiderauit. Reſp. Amen.

ALIA ORATIO.

DElicta iuuentutis & ignorantias eius ne memineris quæſumus Domine, ſed ſecundum magnam miſericordiam tuam memor eſto illius in gloria claritatis tuæ. Aperiantur ei cœli, collætentur illi Angeli, in regnum tuum Domine * ſeruũ tuum (ancillam tuam) ſuſcipe. Suſcipiat * eum (eam) ſanctus Michaël Archangelus Dei, qui militiæ cæleſtis meruit principatum, veniant illi obuiã ſancti Angeli Dei, & perducãt * eum (eam) in ciuitatẽ cœleſtem Ieruſalẽ. Suſcipiat * eum (eam) beatus Petrus Apoſtolus, cui à Deo claues regni cæleſtis traditæ ſunt. Adiuuet * eum (eam) ſanctus

Paulus, qui dignus fuit eſſe vas electionis: Intercedat pro ⋆ eo (ea) ſanctus Ioannes electus Dei Apoſtolus & Euangeliſta, cui reuelata ſunt ſecreta cœleſtia. Orent pro ⋆ illo (illa) omnes ſancti Apoſtoli, quibus à Domino data eſt poteſtas ligandi atq; ſoluendi. Intercedāt pro ⋆ eo (ea) omnes ſancti & electi Dei, qui pro Chriſti nomine tormenta in hoc ſæculo ſuſtinuerunt: vt vinculis carnis ⋆ exutus (exuta) peruenire mereatur ad gloriam regni cæleſtis, præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen.

Si anima anxiatur, dicantur adhuc hi Pſalmi, ſine Gloria Patri, &c.

CONfitemini Domino quoniam bonus, quoniam in ſæculum miſericordia eius. Dicat nunc Iſraël quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia eius. Dicat nunc domus Aaron, quoniam in ſæculum miſericordia eius. Dicant nunc qui timent Dominum: quoniam in ſæculum miſericordia eius. De tribulatione inuocaui Dominum: & exaudiuit me in latitudine Dominus. Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor, & ego deſpiciam inimicos meos. Bonum eſt cōfidere in Domino, quàm confidere in homine. Bonum eſt ſperare in Domino, quàm ſperare in principibus. Omnes gentes circuierunt me: & in nomine Domini quia vltus ſum in eos. Circumdantes circumdederunt me: & in nomine Domini quia vltus ſum in eos. Circumdederunt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis: & in nomine Domini quia vltus ſum in eos. Impulſus euerſus ſum vt caderē: & Dominus ſuſcepit me. Fortitudo mea & laus mea Domi-

Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem. Vox exultationis & ſalutis in tabernaculis iuſtorum. Dextera Domini fecit virtutem: dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutem. Non moriar, ſed viuam: & narrabo opera Domini. Caſtigãs caſtigauit me Dominus: & morti non tradidit me. Aperite mihi portas iuſtitiæ, ingreſſus in eas confitebor Domino: hæc porta Domini, iuſti intrabunt in eam. Confitebor tibi quoniam exaudiſti me, & factus es mihi in ſalutẽ. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Hæc eſt dies quam fecit Dominus: exultemus & lætemur in ea. O Domine ſaluũ me fac, ô Domine bene proſperare: benedictus qui venit in nomine Domini. Benediximus vobis de domo Domini: Deus Dominus & illuxit nobis. Conſtituite diem ſolennem in condenſis: vſq; ad cornu altaris. Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te. Cõfitebor tibi, quoniam exaudiſti me: & factus es mihi in ſalutem. Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia eius.

Pſalmus.

BEati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius: in toto corde exquirunt eum. Non enim qui operantur iniquitatem, in vijs eius ambulauerũt. Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis. Vtinam dirigantur viæ meæ, ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. Tunc non confundar, cum perſpexero in omnibus mandatis tuis. Confitebor tibi in directione cordis, in eo quòd didici iudicia iuſtitiæ tuæ. Iuſtificationes tuas cuſtodiam: nõ me derelinquas vſq; quaq;. In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam, in cuſtodiendo ſermones tuos. In toto corde meo exquiſiui te: ne repellas me à mandatis tuis. In corde

meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Benedictus es Domine, doce me iuſtificationes tuas. In labijs meis pronūciaui omnia iudicia oris tui. In via teſtimoniorum tuorū delectatus ſum: ſicut in omnibus diuitijs. In mandatis tuis exercebor: & conſiderabo vias tuas. In iuſtificationibus tuis meditabor: non obliuiſcar ſermones tuos. Pſalmus.

AD Dominum cùm tribularer, clamaui: & exaudiuit me. Domine libera animam meam à labijs iniquis: & à lingua doloſa. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi, ad linguam doloſam? Sagittæ potētis acutæ, cum carbonibus deſolatorijs. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt, habitaui cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

EGRESSA ANIMA SACERdos moneat adſtantes ad orandum, dicens:

Oremus deuotè pro anima huius * defuncti (defunctę)

Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon.

Pater noſter. Aue Maria. Et ne nos. Reſp. Sed libera.

Verſ. Requiem æternam dona ei Domine. Reſp. Et lux perpetua luceat ei.

Verſ. Ne tradas beſtijs animam confitentem tibi. Reſp. Et animas pauperum ne obliuiſcaris in finem.

Verſ. Non intres in iudicium cum * ſeruo tuo, (ancilla tua) Domine. Reſp. Quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.

Verſ. A porta inferi. Reſp. Erue Domine animam eius.

Verſ.

Verſ. Domine exaudi orationem meam. Reſp. Et clamor meus ad te veniat.

ORATIO.

SVſcipe Domine animã * famuli tui (famulę tuę) N. quam de ergaſtulo huius ſæculi vocare dignatus es, & libera * eum (eam) de locis pœnarum, vt quietis & lucis æternæ beatitudine perfruatur, & inter ſanctos & electos tuos in reſurrectionis gloria reſuſcitari mereatur.

Tibi Domine commendamus animam * famuli tui (famulæ tuæ) vt * defunctus (defuncta) ſæculo tibi viuat, & quæ per fragilitatem humanæ conuerſationis peccata commiſit, tu venia miſericordiſſimæ pietatis abſterge.

Deus cui ſoli cõpetit medicinam præſtare poſt mortem, præſta quæſumus, vt anima * famuli tui (famulę tuæ) à terrenis exuta contagijs, in tuæ Redemptionis parte numeretur. Per te Ieſu Chriſte ſaluator mundi, qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus ſancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen,

Partem beatæ reſurrectionis obtineat, vitãq; æternam habere mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen. Requieſcat in pace. Reſp. Amen.

INITIVM SANCTI EVANGELII ſecundũ Ioannem. Reſp. Gloria tibi Domine.

IN principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt. In ipſo vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non compræhenderunt. Fuit homo

CATECHESES
SIVE INSTITVTIONES LATINAE, & Polonicæ, cuilibet Sacramento & actioni accommodatæ: per Reuerendiſſimos dominos, D. Staniſlaum Carnkovvski Epiſcopum Vvladiſlauienſem, & Martinum Cromerum, Coadiutorem Vuarmienſem, conſcriptæ.

CATECHESIS PRIMA, De Baptiſmo.

FRATRES chariſſimi, quicunq; hic nunc ſiue pietatis ſtudio, ſiue infantis huius, parentumq; eius honoris gratia congregati eſtis, ſepoſitis iocis, colloquijs, & cogitationibus profanis, ſedulò animaduertere debetis, quid hìc nunc agatur. Neque enim exiſtimare debetis, inanes hìc aut ioculares cæremonias exhiberi. Res magnæ, admirabiles, diuinæ, ſalutares aguntur: & conuenientibus verbo Dei, Chriſtique Ieſu Magiſtri ac Seruatoris noſtri exemplo actionibus & myſterijs repræſentantur. Quorum explicationem alijs tẽporibus pro concione publica auditis, & audietis. Nunc ita rem paucis accipite.

Puer hic nõ tam noſtro miniſterio, quàm ope diuina & gratia Chriſti Domini, qui per nos baptizat, è ſeruitute Diaboli peccato originali contracta in libertatem & adoptionem filiorũ Dei regeneratur: è veteri Adam in nouam creaturam transformatur: mundo moritur, cum Chriſto ſepelitur & reſurgit. Chriſtumq; induitur: ex iniuſto iuſtus, ex hoſte amicus Dei cõſtituitur: alienus dudũ, iam ſanctæ Chriſti Ieſu Eccleſiæ incorporatur, & ad noſtram Sanctorumq; omnium communionem aggregatur:

Ioan. 1. Rom. 8. Ephe. 1. Rom. 6. Ephe. 4. Coloſ. 2. Galat. 3. Rom. 5. 2. Cor. 5. Tit. 3. Ephe. 5. Ezech. 11. 1. Pet. 1. Tit. 3. Rom. 5.

gatur: ac per Spiritum ſanctum & ipſe ſanctificatur, corq; mundum, & gratiam in Præceptis Dei ambulandi accipit: maximorum deniq; eiuſdem clementiſſimi Dei beneficiorum particeps, vitæque æternæ, & regni Cœleſtis hæres efficitur. Cùm enim primorum progenitorum noſtrorum culpa, & inobedientia, genus humanum omne gratia Dei conditoris, & immenſis beneficijs, quibus initiò ornatum fuit, excidiſſet, & in poteſtatem Diaboli incidiſſet, mortiq; & exitio æterno obnoxium factum eſſet, nec vlla ſalutis ſpes alicundè ipſi affulgeret: Deus Opt.
Lucæ 1. *Rom. 5.* Max. (cuius miſericordia à progenie in progenies) miſertus eius, per Filij ſui vnigeniti diram morte͂, ex omnibus illis malis id eruit, ſibiq; reconciliauit, & maioribus etiam beneficijs cumulauit, per eum ipſum Filium eiuſdem ſecum in diuinitate eſſentiæ, poteſtatis, ſapientiæ, bonitatiſq; legem Euangelicam ſanciens: vt quicunq; ſalutem,
Ioan. 16. *Marc. 16.* *Matt. 28.* & omnia illa beneficia eius adipiſci vellet, crederet in eũ, & in nomine vnius Dei Patris, & Filij, & Spiritus ſancti
Ioan. 3. *Ephe. 5.* *1. Cor. 6.* baptizaretur: hoc eſt, ex aqua, & Spiritu ſancto regeneraretur, & in corpus Chriſti (membrum eius & ſponſæ eius Eccleſiæ Catholicæ factus) coaleſceret, atq; ita cum eo, & in eo ſupra memoratorum bonorũ particeps fieret. Hoc igitur, ſiue adeò hęc omnia talia ac tanta diuina beneficia noſtro (qui licèt indigni diſcipulorũ Chriſti, quibus hoc ille exequendum mandauit, vice fungimur) miniſterio nunc in hunc puerum conferuntur: quæ in vos olim ſimili actione collata ſunt. Et quamuis hic vſum rationis non habens non credat, tamen in hoc quoq; mirifica Dei erga nos benignitas apparet: quòd per hoc Sacrame͂tum Baptiſmi (quod fidei Sacramentum appellatur) in fide Eccleſiæ ſuſceptũ infundit is per Spiritũ ſanctum, ei nihil tale ſentienti Fidem, Spem, & Charitatem, ſuo tempore cùm puer ad vſum rationis peruenerit ſeſe prolaturas: &

munda-

mundatum ab originali peccato, & in gratiam receptũ,
promiſſorum ſuorum conſortem eum facit: vt non ſit
dubitandum, nihilo minus cõferre ei Baptiſmum, quàm
confert adulto credenti. Quod ſi non baptizaretur, ira
Dei, æternumque ſupplicium maneret ſuper eum: nec
poſſet intrare in regnum cœlorum, ſecundum Chriſti *Ioan. 3.*
ipſius aſſeuerationem. Proinde iam inde ab Apoſtoli-
cis temporibus in Eccleſia Chriſti baptizari ſolent infan-
tes: quemadmodum ex aliquot ſacræ Scripturæ locis ap-
paret: vbi legimus, quoſdam ad Apoſtolis baptizatos eſ- *Act. 16.*
ſe cum tota domo ipſorum: in qua proculdubio infan- *1. Cor. 1.*
tes quoque erant. Idemque teſtantur S S. Patres, qui fue- *Dionyſ. ca.*
re temporibus Apoſtolicis propinqui. Gaudete igitur *7. Eccle.*
fratres & ſorores chariſſ. & huic, qui baptizatur, parenti- *Hier. Cyp.*
busq; eius congratulari tãtum Dei beneficium debemus, *cũ Synodo*
Deumque pijs votis orare: vt eum in filiorum ſuorum *lib. 3. ep. 8.*
numero, innocentiaque & puritate, quam ipſius gratia *Carth. 5.*
modo conſequitur, & cuius nos quotidiana aquæ bene- *Syn. Baſil.*
dictæ aſperſio admonet, conſeruet, & ad eam ætatem *de Bapt.*
perducat, qua is fidem eam, quam per ſuſceptores hoſce *Chry. in*
ſiue patrinos, tanquam procuratores & reſponſores quo- *Pſal. 14.*
dãmodo ſuos, ſtatim profitebitur, ipſe per ſe cõſtanter & *Atha in*
intrepidè profiteatur, atq; cõfiteatur, & gratia Dei magis *quæſt. Re-*
ac magis indies augeatur, Spe, Charitate, & omnibus vir- *ſponſ. 2.*
tutibus cumulatus, donec occurrat in virũ perfectũ: de- *Auguſt. de*
niq; poſt piè & iuſtè tranſactam, quoad Deo placuerit, in *verbis Apo*
hoc ſeculo vitã, eius ipſius Dei gratia & clemẽtia promiſ- *ſtoli ſer. 8.*
ſam & præparatã ſibi ſempiternã vitã & gloriã adipiſca- *& 14.*
tur. Cuius vtinam nos quoq; fiamus participes. Amen. *Idẽ de pec-*
cat. mer. et remiſ. li. 3. cap. 5. Idẽ in Ioan. tract. 4. Idem de Bapt. cõt. Donat. lib. 4. cap. 14.

Ad hunc modum allocutus adſtantes Presbyter, ad agenda ea, quæ in libro Agendorum conſcripta ſunt, progredietur.

Poterit tamen nonnunquam loco huius Catecheſios explicare ritus & cæremonias Baptiſmi prolixoribus Catecheſibus.

Poterit etiam ex hac Præfatione vſque ad illum locum, Puer hic, omittere.

cramentum non fuit: nunc ſit in lege gratiæ, ad exemplum eius coniugij, quod eſt inter Chriſtum,& Eccleſiam: cõſtringanturq́ue in eo coniuges per miniſterium Sacerdotis indiſſolubili vinculo (quale apud Iudæos & Paganos non fuit) vna caro effecti, & gratiæ Dei participes fiant: qua pudicè, ſeipſis inuicem contenti, & concordes amanter inter ſe vitam tranſigant: atque ita peccatis minus obnoxij, & concupiſcentiæ in membris ſuis ſubinde erumpentis, libidinoſiorumq́ue etiam congreſſuum veniam habentes, expeditius vitam æternam adipiſcantur. Cùm igitur tale hoc ſit Sacramentum, gratiam Dei beneficio conferat ijs, qui reuerenter & pio bonoq́ue propoſito ad id accedunt: vos quoq́ue duos ſic accedere oportet, vt non ſolùm Sacramentum, ſed etiam fructum Sacramenti percipiatis: & vobis quoque Deus benedicat, ſicut primis progenitoribus noſtris in paradiſo, ſicut Abraæ cum Sara, Iſaaco cum Rebecca, Tobiæ cum alia Sara benedixit. Reuerenter autem accedetis: ſi non in concupiſcẽtia, ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus, ſed cum timore Dei in Eccleſia Catholica (extra quam Sacramenta aut non ſunt omnino, aut efficacia non ſunt) accedatis, & coniugamini eo quidem propoſito: vt vna caro facti, in omni conuictu & cohabitatione quàm arctiſſimè vos inuicem ametis & adiuuetis: complexu verò coniugali ad ſobolem in gloriam Dei procreandam, atque educandam, vel ad remedium incontinentiæ titillantisq́; libidinis non ſine verecundia vtamini. In quo ille vobis modus adhibendus eſt, ſecundum Apoſtolica præcepta: vt non impediantur orationes veſtræ, & mentiũ ad Deum eleuatio: qui præcipuus eſſe debet omnis vitæ humanæ ſcopus. Cui cum propter infirmitatem hominum & curas huius vitę certa præſtituta ſint tempora, & ſacri quidam

Ephe.5. *1.Cor.7.* *Gene.17.* *Gene.25.* *Tobiæ* *Psal.31.* *1.Cor.7.* *1.Pet.1.*

dam dies in Eccleſia Catholica: eorũ ratio vobis habenda erit. Illud autem meminiſſe vos oportet: quòd indiſſolubili vinculo coniungimini, nec vterque veſtrum viuente altero vel altera aliud Matrimonium inire poterit: & neuter veſtrum deinceps corporis ſuis poteſtatem habebit, vt Pauli eiuſdem verbis vtar, ſed vxor viri, & vir vxoris. Atque ob id vterque alteri pudicum, integrum, ac impollutum id ſeruare debebit: ita vt non modò nihil cum alterius iniuria delinquat (quod in viro iuxta ac in muliere adulterium eſt Deo deteſtabile) verumetiam ſiniſtras ſuſpiciones alterius, quantum in ipſo vel ipſa eſt, ſedulò vitet. Zelotypia tamen & amaritudo inter vos locum habere non debet. In hac autem ſocietate vitæ cõiugalis nonnullam Deus vult eſſe inæqualitatem: quod cum vxorem de viri latere finxiſſet, caput eius & moderatorem virum cõſtituit. Ait enim ad Euam: Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. Quod itidẽ Paulus mulieribus præcipit. Petrus aũt etiam exemplis ad id eas inuitat. Sic enim, inquit, Aliquãdo & ſanctæ mulieres ſperãtes in Deo ornabant ſe: ſubiectæ proprijs viris, ſicut Sara obediebat Abraæ, dominũ eum vocans. Quas tu quoque (puellam alloquatur) ſedulò imitarî, virumq; hunc tuum reuereri, & honore proſequi, & in omnibus (præterquam ſi te à rectà fide, & Eccleſia Catholica ſeducere vellet) ei obſequi debebis, ſi Deo placere, ſicut illæ placuerunt, & præcepto eius obtemperare voles, ita vt debes. Tu verò fili (virum alloquatur) ob id vxorem tuam non habebis contemptui, quia Deus eam tibi ſubiecit: verum diliges eam vt ſociam, & vt tuum ipſius corpus, & ſicut Chriſtus Eccleſiam dilexit: pro qua etiam ſeipſum tradidit. Quin præcipit tibi Petrus: vt ei ſecundum ſcientiam cohabites, quaſi infirmiori vaſculo muliebri honorem impartiens, tanquam ei, quæ & ipſa cohæ-

Rom. 7. 1. Cor. 7. *Gene. 3. Ephe. 5. Coloſ. 3. 1. Petr. 3.* *Ephe. 5. 1. Petr. 3.*

res tecum ſit gratiæ vitæ. Hoc aũt ad ambos vos pertinet: vt ſi quos vobis Deus liberos dederit (quod equidẽ, vt ita fiat, cum his omnibus adſtantibus opto) eos vt ſine mora per Baptimum Chriſto cõſecretis, & cum per ætatem capere poterunt, in fide inſtruatis, atq; in timore Dei honeſtè educetis. Ita fiet, Deo propitio: vt ſolatium ex eis ſuo tẽpore capiatis, & in ſenectute veſtra mutuam ij vobis vicem reddant. Quæ plerunq; in cõtrarium ſolent recidere ijs, qui liberorũ ſuorum bonam, & honeſtam educationẽ negligunt. Tua verò (ô puella) hæc in primis cura eſſe debebit, viro cura rei familiaris, & alijs negotijs extra domũ occupato. Quòd ſi quid aduerſi & moleſti alterutri veſtrũ ſiue in animo, ſiue in corpore, ſiue in fortunis acciderit, cõmune id malum ambo ducere debebitis: nec ſolùm abominãdus, aut negligẽdus nõ erit alteri is, qui patitur: verumetiam omni ope, cura, & ſtudio adiuuãdus, vt euadat. Quod ſi incurabile malum ſit, amãter tolerãdus erit ſocius: & cum cõſolatorijs ſermonibus, tum omni ſedulitate, officio, & obſequio recreandus, & ad tolerãtiam, & æquanimitatem excitãdus. Quemadmodũ videmus vnius corporis mẽbra facere: quę ſe inuicem in aduerſis non deſerunt, ſed ſubleuant, quoad poſſunt, & adiuuant. Si ita erga vos mutuò affecti eritis; habebitis Deum propitiũ: & proſperantem vos in liberis & longa proſperitate, & in omni vita, & amara eius, ſi quę vobis occurrent, in dulcedinem conuertentem: & ad extremum remunerabitur is labores veſtros vita, & gloria ſempiterna, cum ſanctis Patriarchis, & alijs pijs hominibus: qui vitam coniugalem cum timore Dei, & pietate, concordiaq;, & charitate mutua exegerunt, & liberos ſuos ad cultum & gloriam Dei educarunt.

Deinde coniunget eos Presbyter, adhibitis vſitatis cæremonijs & iuramentis.

CATE-

CATECHESIS TERTIA DE eodem Matrimonio.

CVM non ignoretis, fratres & ſorores chariſſ. quicunq; horum duorum hominum honoris gratia hîc adeſtis, Matrimonium inter ſeptem Sacramenta numerari: quæ à Chriſto Domino inſtituta, & Eccleſiæ tanquam inſtrumenta gratiæ Dei infirmitatis humanæ remedia, ſalutiſque æternæ pignora relicta ſunt: cauere debetis ſedulò, ne quaſi profano ſpectaculo, vel ciuili cuidam contractui adſiſtere videamini: vt fit, & fieri neceſſe eſt apud eos, qui id è numero Sacramentorũ eijciunt: apud quos etiam matrimonia meritò facilè dirimuntur: Sed huic quoq;, vt alijs Sacramentis, reuerentiam exhibere, & hos duos cõtrahentes ſedulis & tacitis votis apud Deum proſequi debetis: vt nõ ſolum Sacramenti, verumetiã fructuum eius & gratiæ Dei fiant participes. Vos aũt duo imprimis (contrahentes alloquatur) ita ſpero, Deo reconciliati, parati, & præmeditati huc acceditis: ne oculos diuinæ Maieſtatis vel geſtibus, nutibus, & cogitationibus, nedum factis veſtris offendatis.
Ephe.5. Sanctè enim ſanctorum participes fieri oportet. Vel Pau-
Oſea 2. lus autem vos de dignitate Sacramenti huius admoneat. qui Matrimonium coniunctioni filij Dei cum Eccleſia comparat: additq́;, Sacramentum hoc magnũ eſſe. Igitur ſicut Chriſtus Eccleſiam in fide ſibi deſponſauit in æternum, ita vos quoq; fide mutua perpetuo & indiſſolubili vinculo fœderis inter vos nunc per meum miniſterium coniungimini, partim propagandæ educandæq́; ad gloriam Dei ſobolis gratia, partim in remedium incontinentiæ: cui genus humanum obnoxium eſt. Ita enim fit, vt congreſſus coniugalis, qui alioqui vitio fortaſſe non careret, Sacramenti virtute culpa vacet. Simul autem

non

non deeſt Dei gratia reuerenter,& bono propoſito id in Eccleſia Catholica (extra quam Sacramenta fructuoſa & ſalutaria non ſunt) percipientibus, ad reprimendos carnis & libidinis ſtimulos: qui noui ſubinde erumpere ſolent in ijs etiam, qui in Matrimonio, aut alioqui incontinenter viuunt. Illud autem vterque in animis veſtris fixum habere debetis, quod neuter veſtrum deinceps corporis ſui proprij poteſtatē habebit: ſed tui, ô vir, hæc vxor tua, tui verò puella, viciſſim hic maritus tuus. Proinde vtrumque veſtrum, quamdiu ambo viuetis, alteri pudicum, integrum, & impollutum id ſeruare oportebit: neque fraudabitis vos inuicē, niſi ad tempus: vt vacetis orationi, ſicut monet S. Paulus. Vnde intelligere debent omnes, Sacrorum temporum atque dierum (quibus potiſſimum vacatur orationi & laudibus diuinis) rationē habendam eſſe cōniugibus. Illud etiam idem Paulus, & Petrus vobis præcipit. Tibi quidem viro, vt diligas vxorem tuam, ſicut Chriſtus Eccleſiam: & honorem ei impertiaris, tanquam infirmiori vaſculo, ſed cohęredi gratię vitæ: propter quam pàtrem & matrem deſerere iuberis. Tibi verò puellæ, ſeu mulieri, vt obtemperes, & ſubiecta ſis viro tuo. Cui te Deus ipſe iam inde ab initio ſubiecit: præterquam, ſi is à recta fide, & Eccleſia vellet ſeducere. Tunc enim Deo magis obedire oportet. Aduerſam autem iuxta ac ſecundam fortunam ſimul æquis animis feretis, & quòad poteritis, adiuuabitis, & ſubleuabitis vos inuicē: & ſolabimini mutuis ſtudijs, officijs, & obſequijs Liberos verò, ſi quos vobis Deus dederit, magna cura atque diligētia, in timore Dei, rectaq; fide educabitis. Ita futurum eſt, Deo propitio, vt mutuam ij vobis aliquando vicem reddant: & licèt non expertem fortaſſis moleſtiarū (quemadmodum vſu venit in hoc ſeculo) non inſuauem tamen vitam exigatis: poſt hanc autem, cœleſti & beata

1. Cor. 7. *1. Cor. 7.* *Ephe. 5.* *1. Pet. 3.* *Gene 2.* *Matth. 19.* *Marc. 10.* *Gene. 3.* *Act. 5.*

illa ſimul æuo ſempiterno perfruamini. Quam vtinam omnes nos adipiſcemur gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti: cui cum Patre & Spiritu ſancto ſit gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

CATECHESIS QVARTA, De Pœnitentia.

TV quidem, fili vel filia chariſſ. per fidem & Baptiſmum factus es è ſeruo Diaboli filius Dei, ex hoſte amicus, & viuum Eccleſiæ Chriſti membrum, remiſſionemq́; peccatorum, nouitatem vitæ, benè agendi facultatem, & maxima quæque Dei beneficia, ſpemq́; vitæ & fœlicitatis æternæ conſecutus es. Sed quo-
Apoc. 2. niam immaculatam illam, quam in Baptiſmo ſuſcepiſti, innocentiæ tunicam non ſeruaſti, charitatemq́; tuam primã reliquiſti, & vel malitia, vel fragilitate humana (ſeductus à deuotis & capitalibus hoſtibus omnium noſtrum, Mundo, Carne, & Diabolo) peccatis tuis eum ipſum Deum (qui odit omnes, qui operantur iniquitatem) offendiſti: ipſe te tua culpa omnibus illis bonis & beneficijs priuaſti, & in illud ipſum ſeruitutis Diabolicæ, & mortis, exitijq́; æterni baratrũ miſer recidiſti. Verùm confide, & iacentem te in profundo malorum ſpe bona erige. Be-
2. Cor. 1. nigniſſimum habemus Dominum, & Patrem totius con
Tob. 3. ſolationis: qui cum iratus fuerit, miſericordiæ recorda-
2. Cor. 5. tur: & ſicut initio per Filium ſuum vnigenitum nobis
Pſal. 102. inimicis ſuis ſeipſum reconciliauit, ita figmentum no-
Gene. 8. ſtrum, & ſenſum cogitationemq́; cordis humani ab adoleſcentia ſua pronam in malum conſiderans, pari bonitate & infinita clemẽtia per eundem Filium ſuum aliud huic malo noſtro remedium nobis pręparauit: quò quotieſcũq; & quamlibet grauiter peccamus, ipſumq́; Deum à nobis alienamus, redire in gratiã ipſius, depulſisq́; ma-

lis

lis promeritis, ope ipſius recuperare bona amiſſa poſſimus. Ipſe enim eſt, q nos quaſi Pater filiũ prodigũ, & ſua *Luca 15.* ipſius culpa perditũ, à longe adſpicit, & occurrens clemẽter ad ſe reuocat, & reducit: oſculo ſuo & annulo dignatur, & prima ſtola induit. Id aũt remediũ eſt Sacramentũ Pœnitẽtię: cuius tu, fili, vel filia, nõ ignoras tres eſſe partes, nimirũ Contritionẽ, Confeſſionẽ, & Satisfactionẽ. Quãquam enim verũ eſt illud diuinũ promiſſum apud Prophetã: Impietas impij nõ nocebit ei, in quacunq; die con *Ezech. 33.* uerſus fuerit ab impietate ſua: vult is tamen eũ, qui per ſuperbiã & inobedientiã peccat, per humilitatẽ ſeſe deijcere, erubeſcentemq; cõſeruo ſuo Paſtori, eiúsve locũ tenenti peccata ſua cõfiteri, veniãq; & abſolutionẽ ab eo petere: quemadmodũ ipſe per Apoſtolum Iacobũ præcepit: Cõ- *Iacob. 5.* fitemini, inquit ille, alterutrũ peccata veſtra, vt ſaluemini: quaſi nõ aliter ſaluãdi, quàm per huiuſmodi Cõfeſſionẽ. Quin ſcribit Euangeliſta Ioannes, Chriſtũ ipſum poſt reſurrectionẽ ſuã è mortuis inſufflaſſe in diſcipulos ſuos dicentẽ: Accipite ſpiritum ſanctũ. Quorũ remiſeritis peccata, remiſſa ſunt: Et quorum retinueritis, retenta ſunt. Re- *Ioan. 20.* mittere autem & retinere nemo poteſt, quod ignorat ſicut neque curare aut amputare, neq; ſoluere aut ligare. Quibus etiã verbis Chriſtus idem ijſdẽ Apoſtolis & ſuc- *Matth. 18.* ceſſoribus eorũ Eccleſiæ ſuæ adminiſtris eandẽ, imò ampliorem etiam poteſtatẽ cõtulit: etiamſi ij pietatis & vitę meritis minus digni ſint. Quod itidẽ fit in cęterorũ quoq; Sacramentorũ & munerum Eccleſiaſticorũ adminiſtratione: quæ nõ minus rectè & cũ vtilitate hominũ adminiſtrauit Iudas Iſcariotes, quamdiu Chriſtũ cum cæteris Apoſtolis ſecutus eſt, licèt fur eſſet: quàm Petrus aut Ioãnes. Cum aũt ex eorũ, miniſtrorũ inquã, Eccleſiæ numero: me indignũ Paſtorẽ tuũ, vel hac in parte vices eius gerentẽ, ſecundum ordinationẽ Eccleſiæ & Prælatorũ, eius

Deus eſſe voluerit: effare mihi fili, quatenus recordari potes, cum vero & iuſto dolore peccata tua: & animæ tuæ vulnera adſpicienda curandaq́; exhibe. Et quamuis grauia ſint & enormia peccata tua, quibus Deum conditorem, redemptorem, & clementiſſ. Patrem tuum abs te alienaſti, proximum tuum læſiſti, ac teipſum defœdaſti: tamen ſi verè & ex animo te admiſſorum pœnitet, & fideliter ea mihi confeſſus fueris, & in poſterum ab ijs, & quibuſuis alijs peccatis diuina adiuuante gratia continere te propoſitũ habueris: nõ deerit tibi per me à Deo medicina ſalutaris, abſolutio, & conſolatio: & ſi qua in re perplexus es, paterna eruditio, atque etiam pro commiſſis peccatis iniungenda à me Satisfactio: quæ eſt tertia pars Sacramenti. Illud autem mihi admonendus es: per hoc Sacramentum rite adminiſtratum & ſuſceptum, peccata quidem omnia, & reatum eorum ſtatim prorſus deleri, etiam eorum, quæ in Cõfeſſione non diſſimulando, ſed per obliuionem omiſſa ſunt: cæterùm pœnas non ſtatim omnes condonari, verùm æternas tem-
2. Reg. 12. poralibus commutari (quod in Dauide lapſo non obſcurè S. ſcriptura oſtẽdit) idq́; vtilitatis noſtræ gratia fit: quò ſic à peccatis retrahamur, & ad pietatem cultumq́; Dei efficaciùs exerceamur. Apparet autem in eo quoq; immẽſa Dei erga nos benignitas, quod in poteſtatem noſtram contulit: vt eas pœnas nos ipſi (non ſine tamen diuina gratia) nobis mitigemus, minuamus, atq; etiam pœni-
1. Cor. 11. tus depellamus. Quò illud Paulinum pertinet: Quòd ſi noſmetipſi iudicaremus, (hoc eſt puniremus) non vtiq; iudicaremur. Dum iudicamur autem à Domino, corripimur, ne cum hoc mũdo damnemur. Huiuſmodi verò pœnas vel ipſi nobis arbitratu noſtro infligimus: vel eius cui cõfitemur iudicio inflictas, alacriter reuerenterq́; ſuſcipere, & quantum in nobis eſt explere aut ſufferre debe-

mus.

mus. Hæc vocatur Satisfactio. Neq; enim exiſtimare debes, hominē quempiam pro peccatis ſuis Deo ſatisfacere *1.Ioan.2.*
poſſe. Et iam pro ijs, & pro omnibus totius mūdi peccatis Chriſtus ſemel in cruce abūdè ſatisfecit: ſed quòd cōtrarijs ferè virtutibus & actionibus vel perpeſſionibus pœnas pro admiſſis de nobis ipſi quodammodo ſumimus: & vt *Rom.6.*
Paulinis verbis vtar, ſicut exhibuimus mēbra noſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita iam exhibemus mēbra noſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationē, propterea Satisfactiones eas appellamus. Quæ quidē variæ ſunt. Sed tribus potiſſimū generibus cōtinentur: nempe Oratione, Eleemoſyna, & Ieiunio: vt Ieiunio carnis, Eleemoſyna mūdi, Oratione verò diaboli illecebris inflicta vulnera eluamus, deincepsq; infligendis obſiſtamus. Huiuſmodi igitur Satisfactiones ego tibi, fili, pro ſpecie & qualitate magis, quàm pro modo peccatorum tuorum, imbecillitatis humanæ memor, & maternam S. matris Eccleſiæ pietatem imitans, iniungam, quas facilè ferrè queas: reliquum omne pōdus peccatorum tuorum in meritum Paſſionis Chriſti, qui peccata noſtra ſuſtulit *1.Petr.2.*
in corpore ſuo, reijciens. Tu quæ tibi iniungentur, lubens ſuſcipies: & ꝑ virili tua, fretus ope diuina, ſufferre & implere ſtudebis. Neq; dubites, ea, & quicquid boni ab eo, qui Deo gratus & reconciliatus eſt, proficiſcitur, ipſi Deo *Hebr.13.*
1.Pet.2.
gratum & acceptabile eſſe in Chriſto & per ſanguinem *2.Reg.24.*
eius: non minùs, quàm fuit olim ſacrificium Abel inno- *Gene.4.*
centis, & Dauidis pœnitentis pœnam peſtilentiæ inflictam deprecantis, & Achabi Regis humiliatio, & Nini- *3.Reg.21.*
uitarum ieiunium, ſaccus, cinis, clamorq; ad Deum. *Ionæ 3.*

Si plures ſunt confeſſuri: eodem modo eos omnes ſimul Presbyter alloqui poterit, numero ſingulari in pluralem mutato.

Deinde ſingulos ad confitendum admittet: ita vt ij videantur à cæteris, non tamen exaudiantur. Si quis autem eorum, modum confitendi non tenebit, eum doceat Presbyter: & quærat ex eo particulatim, de ijs peccatis præſertim, quæ eum commiſiſſe ex ætate, ſexu, cōditione, & alijs

circumſtantijs vereſimile eſt. Roget etiam, an calleat Orationem Dominicam, & Symbolum Apoſtolicum.

Poſt Confeſsionem vniuſcuiuſque, iniunget ei Presbyter pœnitentiam arbitratu ſuo, qualitati peccatorum congruentem: addetq;:

Hæc leuia ſunt præ veteri canonica Pœnitentia: qua pro quolibet mortali peccato ſeptem annorũ Satisfactio exigebatur. Cætera bona, quæ vltrò facies ad gloriã Dei, vtilitatem proximi, tuique ipſius coërtionem, cedent tibi in cumulum Satisfactionis.

Deinde imponendo capiti eius manum abſoluet eum verbis conſuetis: Et ad extremum dimittens eum, dicet:

Vade in pace, & iam amplius noli peccare.

Quòd ſi quem è caſibus reſeruatis, vel excommunicationem in confitente depræhendet: ad Ordinarium ipſum non ſine humilitatis inculcatione, & conſolatione, & ſpe remittet: ipſe autem ſine autoritate Ordinaria vel Apoſtolica ſibi impertita nõ abſoluet eũ, niſi in mortis articulo: idq; non ſine requiſitis cõditionibus: quæ petantur è Canonibus.

CATECHESIS QVINTA, De eadem Pœnitentia.

Si breuitate tẽporis excluſus, vel alijs occupationibus diſtentus Preſbyter, prolixiore illa catecheſi vti commodè non poterit: breuiore hac vtatur licebit, ad vnum præſertim confitentem: imò, & ad plures mutato numero.

CHriſtus Ieſus Dei filius, Deus & ipſe, nõ ignarus infirmitatis humanæ, & quòd nos emundati è peccatis in Baptiſmo per ſanguinẽ ſuũ nihilominus in multis offendimus oẽs, peccatisq; inter nos & Deũ diuidentibus, denuò inimici eius, & filij mortis atq; *Iacob. 3. Eſaia 59.*
perditionis reddimur, pro ſumma ſua erga genus humanum charitate & clemẽtia, aliud poſt Baptiſmum remedium nobis præparauit: quò ipſi cum Patre & Spiritu ſancto vni verò Deo, quotiès opus eſſet, reconciliaremur, neque promiſſis ab ipſo bonis prorſus excideremus. Id autem eſt Sacramentum Pœnitentiæ. Cuius vis tanta eſt, vt quacũq; hora ingemuerit peccator, Deus peccatorũ enim omnium non memoretur amplius. Veruntamen vtilitatis noſtræ gratia difficiliorem aliquantò & laborioſiorem

rem hanc viam ad remiſſionem peccatorum is nobis eſſe voluit. Proinde non contentus ſola agnitione peccati, cũ dolore & miſericordiæ eius imploratione cõiuncta, quã contritionem vocamus, duas etiam alias Pœnitentię partes adiecit: nempe Cõfeſſionem ſuo cuiuſque Paſtori, & ſacerdoti faciendam, quam Sacramentalem, nonnulli etiam Auricularem vocant: & Satisfactionẽ. Vult enim, vt coram conſeruo noſtro peccata noſtra enumerando erubeſcamus: remediumq; ſalutare ab eo, tanquam Dei Vicario (ſi nihil impedit) petamus: & quaſi obſignatum verbo eius accipiamus. Vult idem, vt contrarijs peccato actionibus & perpeſſionibus nos ipſi de nobis pœnas ſumamus: & in futurũ contra peccata, eorumq; occaſiones nos muniamus. Hãc ſatisfactionẽ appellat Eccleſia: propterea quòd per eam pro pœnis à Deo nobis infligendis quodammodò ſatisfacimus, iudicantes noſmetipſos, vt Pauli verbis vtar, ne à Domino iudicemur, & corripiamur: aut etiam cum hoc mundo damnemur. Neque enim exiſtimare debes, fili, hoc Sacramẽto cum peccatis ſimul etiam pœnas ijs debitas omnes ſtatim condonari. Aeternæ cõdonantur, ſeu veriùs temporarijs cõmutantur. Temporariæ verò his, de quibus nunc loquor, Satisfactionibus Paſtoris & Cõfeſſarij iudicio nobis iniunctis, aut vltrò à nobis ſuſceptis mitigantur, minuuntur, ac pœnitus etiam tolluntur. Cuius rei exempla in Dauide Rege, Achabo, & Niniuitis S. ſcriptura nobis exhibet. Quę omnia pro concionibus publicis fuſiùs & accuratiùs explicari ſolẽt. Hæc tu, fili mi, tecum perpendens, etiãſi grauiſſimè Deum Patrem clementiſſimum peccatis tuis offenderis: reuertere ad eũ, vltrò tibi vt Patrẽ filio prodigo occurrentem, teque inuitantem, & oſculum, annulum, ſtolamque primam tibi offerentem, Dic ei ex animo, & cum vero dolore: Pater, peccaui in cœlum, & coram

1. Cor. 11. *2. Reg. 12.* *3. Reg. 21.* *Iona 3.* *Lucæ 15.* *Lucæ 15.*

Lucæ 18. ram te. Et cum Publicano: Deus propitius eſto mihi peccatori. Mihi verò licèt indigno, vices eius gerenti in hac parte, confitere fideliter, quòad recordari potes, peccata tua, & vulnera animæ tuæ detege: vt medicinam ſalutarem, per piam correptionem, benignam eruditionem, leuem Satisfactionis iniunctionẽ, & lætam abſolutionem ijs afferam: teq; in chariſſimorum Dei filiorum, & viuorum Eccleſiæ membrorum numerum (vnde tua culpâ excidiſti) ipſius clementiſſimi Dei, Eccleſiæq; ipſius Præſidium, ſuperiorum meorum autoritate, pro parte mihi conceſſa, reſtituam.

His dictis, iubebit Presbyter hominem confiteri: & cætera circa eum peraget, quæ in ſuperiore prolixiore informatione, ſiue Catecheſi, memorata ſunt.

CATECHESIS SExta, De Euchariſtia.

ACcedens ad menſam Domini & Seruatoris tui, fili, vel filia chariſſ. diligẽter tecũ reputa, à quónam ea, & quibus epulis inſtructa ſit, & cuius rei gratiâ tibi apponatur. Præpara te etiam, quod facis, arbitror, vt ne indignè cibum hunc manduces. Primum igitur Chriſtus Ieſus Dei filius Deus, & ipſe eiuſdẽ cum Patre & Spiritu ſancto eſſentiæ, potentiæ, ſapientiæ, bonitatisq;, cum nos primorum progenitorum noſtrorum, noſtraq; ipſorũ culpa perditos, & hoſtes ſuos miſeratus eſſet, carne aſſumpta factus eſt Homo: & miſerias omnes vitæ humanæ, excepto peccato, mortemq; acerbiſſimam ad extremum vltrò pertulit, atque ita acceptiſſimum Deo Patri Sacrificium ſeſe obtulit: vt nobis eum iratum placaret, atq; à poteſtate peccati, diaboli, mortisq;, & exitij ſempiterni nos erueret: neque his tantis rebus patratis, & beneficijs nobis præſtitis cõtentus, ad Patrem ex hoc mundo reuertens, pro immẽſa ſua erga genus humanum cha-

ritate

ritate hanc nobis dapſilem menſam inſtruxit. In ea verò
non vitulos, boues, arietes, piſces, ferarúmve, aut volucriū
carnes, non fructus terræ & arborum, neque vllas arte hu
mana excogitatas lautitias, ſed Carnem & Sanguinem
ſuum precioſiſſimum, & omne delectamentum in ſe ha-
bentem nobis appoſuit, & apponit. Quæ etſi nos non cer-
nimus oculis, nec manibus contrectamus: fide tamen,
verbo eius nixa, certiora habere debemus, quàm quæ ocu
lis cernimus, & manibus contrectamus. Ipſe enim, qui
cœlum, terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt, cum Pa- *Matth. 28.*
tre, & Spiritu ſancto condidit, quiq; datam ſibi eſſe om-
nem poteſtatem in cœlo & in terra aſſeuerauit, ipſe, qui
ipſa eſt Veritas, fallere neſciens, affirmauit: Panis, quem *Ioan. 14.*
ego dabo, caro mea eſt: quam dabo pro mundi vita. Et *Ioan. 6.*
quod antè promiſerat, in vltima cœna accumbens cum
diſcipulis ſuis præſtitit, accipiens Panem, & dicens: Ac-
cipite, & comedite: Hoc eſt Corpus meum, quod pro *Luca 22.*
vobis tradetur, ſiue traditur. Et accipiens Calicem: Hic
eſt Sanguis meus, qui pro vobis effundetur, ſiue effun-
ditur, in remiſſionem peccatorum. Atque ita iam in-
de ab Apoſtolicis temporibus credidit vniuerſa per or- *Dionyſ.*
bem terrarum diffuſa Eccleſia: ita ſancti Patres ſcriptis *Hier. Eccl.*
ſuis prodiderunt: ita profeſſa ſunt ſacroſancta Con- *cap. 2. & 3.* *Ignat. ad*
cilia: quæ etiam damnarunt eos pro hæreticis, qui in hoc *Roman. & Ephe.*
Sacramento ſub ſpecie panis & vini Corpus & Sangui- *Iren. ad-*
nem Chriſti verè, realiter, & ſubſtantialiter contineri *uer. hær. li.*
negabant: qui quidem ferè poſt mille demum annos à *4. cap. 24.* *57.*
Chriſto nato extiterunt. Sic igitur & tu, fili vel filia, cum *Iuſtin. A-* *pol. 2.*
vniuerſa Chriſti Eccleſia credere, nec dubitare debes: in *Cypria. de*
hoc Sacramento panem & vinum, prolatis à Sacerdote *ablutione* *pedum.*
verbis Chriſti, deſinere eſſe panē & vinū, & corpus ſāgui- *Athan. de*
nemq; Chriſti fieri. Quod ita etiam nonnulli primores *pec. in SS.* *Chryſ. in*
noſtri tēporis hæretici initiò profeſſi ſunt, & ex parte ad- *Matt. Ho.*
83. & in

huc profitētur: & Berengarius author ſectæ ante quingē-tos annos cùm oppugnaſſet, retractata in Concilio quodam ſententia ſua confeſſus eſt. Cuius autem rei gratia Chriſtus hanc nobis Cœnam Corpore & Sanguine ſuo ſic inſtruxit? ipſe te docet in Euangelio: Qui manducat, inquiens, meam Carnem, & bibit meum Sanguinem, in me manet, & ego in eo. Quid autem hoc aliud eſt, quàm Vnum corpus, & vnus ſpiritus mecum eſt, qui ſum vita & lux mūdi? Atq; ita ipſe quoq; vitæ & lucis veræ particeps redditur, & filiū Dei cohæredemq; Chriſti in ſe manentis ſe eſſe firmā ſpem cōcipit, certū eius rei pignus ipſummet accipiens. Neq; enim putandum eſt, nos hic Corpus tantùm & Sanguinem eius ſine anima atq; diuinitate accipere. Viuus eſt hic Panis, vt ipſe affirmat. Iam non moritur, poſteaquam ſemel ex mortuis reſurrexit, teſte Paulo. Sicut autem homo in mundum editus, & à ſordibus è matre contractis ablutus, niſi alimento ſuſtentetur, viuere non poteſt: ita nobis in Baptiſmo renatis, & per Pœnitentiam repurgatis hoc alimentum præſtat, vt viuamus, vita ſcilicet ſpirituali in gratia Dei. Quod ipſe etiam in Euangelio nobis conteſtatus eſt, dicens: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & ſanguinem eius biberitis: non habebitis vitam in vobis. Adhæc autem hoc pignore à Chriſto nobis relicto admonemur gratitudinis erga ipſum pro ſalute noſtra mortuum: admonemur & charitatis mutuæ cum cæteris Chriſtianis, tanquam fratribus conſeruādæ: cum multi, vt ait Paulus, vnus panis (è multis quaſi granis compactus) ſimus: qui de vno pane participamus. Quinetiam eſt is medicina infirmorum, lāguidos ad amorem Dei & proximi, & ad bene operandū alacres reddens. Cum igitur tanta ſit huius menſæ dignitas, tantaq; vtilitas: alacriter ſimul & reuerēter ad eam accedere te oportet. Reuerēter autem accedit homo, ſi dijudi-

1. Cor. Ho. 24. & ad pop. Antioch. ho. 60. Cyr. in Io. lib. 3. 4. 10, 11. 17. Auguſt. in Pſal. 33. De pec. remiſ. li. 1. ca. 24. In Ioā. tractat. 11. 22. 27. 31. De uerb. Domini ſerm. 28.

Ioan. 6.
1. Corin. 6.
Ioan 14. 8.
Ioan. 6.
Ioan. 6.
Rom. 6.

Ioan 6.
Ephe. con. Neſt. Rom. Conc. ſub Innocen. 3. Conc. Turron. & Vercel.
Luca 22.

1. Cor. 10.
3. Reg. 19.

cat corpus Domini à communibus cibis: & non modò *1. Cor. 11.*
adorat eum, quem manducaturus eſt, Dominum ſuum
& Deum ſuum, quemadmodum Thomas Apoſtolus *Ioan. 20.*
vulnera eius contrectare iuſſus: verumetiam ſi diligenter
probat ſeipſum, acceſſurus, ſecundum Pauli præceptum: *1. Cor. 11.*
ne indignè accedens iudicium ſibi manducet & bibat.
Probat autem ſeipſum is, qui credens Chriſtum Deum &
Hominem ſe accipere, cùm peccata ſua Contritione &
Confeſſione diligenter expiauerit, & ab ijs abſolutus fue-
rit, indignum ſe tamen iudicat cum Centurione, ſub cu-
ius corporis tectum tanta Maieſtas intret: & miſericor- *Matth. 8.*
diam eius charitatemq; erga ſe vel tacitus admiratur, vel
etiam laudibus celebrat: & mutua charitate erga ipſum,
& benignitate erga communes fratres reſpondere ei pro
viribus ſuis cogitat, ſtudetq;. Sic enim demum fructuosè
ad menſam hanc acceditur. Quæ omnia ſic te fili feciſſe,
facere, & meditari credo. Certiſſimum autem habere de-
bes, te ſub vna ſola panis ſpecie nihilo minus accipere,
quàm ſi ſub vtraque acciperes. Et parere autem in hoc
debes S. matris Eccleſiæ moribus & inſtitutis, nec rum-
pere concordiam & vnitatem in eo, quod ſymbolum eſt
vnitatis: præſertim cùm Chriſtus ipſe de eo nihil præce- *Luther. ad Boemos.*
perit, (quod etiam ipſe ſchiſmatis author Lutherus aſſe- *Conſtan.*
uerauit, Boëmos vtranq; ſpeciem vſurpantes increpans) *& Tridēt. Conc.*
Eccleſia verò ſponſa & corpus Chriſti, & columna fir-
mamentumq; veritatis, certiſſima verbi eius interpres &
conſeruatrix ita hoc grauibus de cauſis inſtituit. A qua
caue ne tu te auelli patiare, ſi à Chriſto auelli non vis. Ex-
tra eam verò aut non manducatur omnino Corpus Chri
ſti: aut ſine fructu, imò pernitiosè etiam, ſicut mandu-
cauit Iudas Iſcariotes, manducatur. Sed iam id tu viuum
cum ſanguine, anima, atque diuinitate,
nihil dubitans, accipe.

CATECHESIS SEPTIMA,
De eadem Euchariſtia.

INter plurima & maxima Chriſti in te beneficia,
hoc ſummo ſtudio & gratitudine animi ſedulò
recolere debes, fili vel filia chariſſ. quòd is cum
te ſanguine ſuo precioſiſſimo à peccati, mortis, atq; diabo
li poteſtate redemiſſet, & ex inimico filium hæredemq́;
Dei, & cohæredem ſuum feciſſet, eo non cōtentus ipſum
quoque Corpus ſuum cum Sanguine in cibum & potum
tibi reliquit, eximiæ ſuæ erga te charitatis pignus, & arra-
Ioan. 6. bonem vitæ æternæ. Hic enim Panis vitam dat mundo.
Quod ipſe de ſe in Euangelio teſtatus eſt: & in veſcente
ſe manens, transformat eum in ſe: ita vt cum eo non ſo-
1. Cor. 6. lùm vnum corpus, verumetiam vnus ſpiritus fiat. Neque
dubitare debes: ſub hac ſpecie Panis Chriſtum ipſum ve-
rè adeſſe, & abs te manducari. Ipſe enim dixit, qui eſt ip-
ſa veritas nec fallere poteſt, Pane in manus accepto: Hoc
eſt Corpus meum, quod pro vobis tradetur. Qui prius
Ioan. 6. etiã ijſdem Apoſtolis ſuis pollicitus erat: Panis quē ego
dabo, caro mea eſt: quam ego dabo pro mũdi vita. Ille
aũt ipſe eſt, qui per miniſterium meum tibi nũc Carnem
cum Sanguine, ſeu Corpus ſuũ, atq; adeò ſeipſum totum
dat: qui olim per ſeipſum dedit Apoſtolis ſuis, verbo ſuo
creaturas ſuas in ſeipſum tranſmutans: quemadmodum
Chryſ. ad pop Ant. hom. 60. aiũt Chryſoſtomus, Cyprianus, Ambroſius, Auguſtinus,
Cyrillus, & alij ſancti Patres: qui ante mille ducentos ac
Cypr. de Cœna Do. trecentos annos Eccleſiam Chriſti doctrina, & vita, non-
Ambro. de Sacra. lib. 4. & 5. nulli etiam martyrio ſuo illuſtrarunt. Idem profeſſa
ſunt vetuſtiora iuxta ac recentiora Concilia in Spiritu
Auguſt. de verbis Do. ſerm. 28. ſancto congregata: & credidit ſemper iam inde ab Apo-
ſtolorum temporibus, creditque vniuerſa Chriſti Ec-
Cyril. Hie- cleſia. His, tu fili, teſtibus talibus ac tantis magis cre-
dere

dere debes: quàm paucis quibuſdam nuper natis,& ſe- *roſ. Catec.*
ditioſis hominibus, Hæreticisque, & Schiſmaticis. Ne- *myſt. 1.3.4*
que verò putes te minus ſub vna, quàm ſub vtraque ſpecie accipere, aut contra Chriſti præceptum facere: ſi Eccleſiæ eius mores & inſtituta obſeruans, & vnitatem ne rumpas timens, ſub vna accipias. Extra Eccleſiam Catholicam, in qua nos ſumus, vel non ſumitur Corpus Chriſti, vel infructuosè atque adeò perniciosè ſumitur. Quibus de rebus plura & exactiora pro publicis concionibus dici ſolent. Meminiſti autem, ſpero, Paulini *1.Cor 11.* præcepti iubentis: vt acceſſurus ad hanc menſam probet ſeipſum homo, ne indignè manducãs & bibens, iudicium ſibi manducet,& bibat. Proba igitur tu quoque teipſum credensq́ te hic adeſſe Dominum ac Deum tuum ſpecie panis tectum, reuerere Maieſtatem eius: quem multis & magnis peccatis offendiſti Dole te offendiſſe, & Sacerdoti Vicario eius ſecundum ipſiuſmet Eccleſiæque inſtitutum confeſſus, ab eoque abſolutus, ſanctus, quoàd fieri poteſt, ad Sãcta accedere ſtude. Sed cum omnia feceris, cum Centurione cogitato & dicito: Domine, non ſum dignus, &cæt. Ita demum fructuosè corpus Chriſti manducabis, ad incrementum vitæ ſpiri- *Matth 8.*
tualis, quam deinceps ſummo ſtudio ſectari debes, cauens, ne tãtum hoſpitem peccatis quibuſuis abs te expellas: & vita æterna per ipſum promiſſa,& hoc quaſi ſigillo obſignata, indignum te reddas.

CATECHESIS OCTAua, De Extrema vnctione.

QVamuis per Sacramentum Pœnitentiæ veniam peccatorum tuorum adeptus,& per Euchariſtiã Chriſto Domino vnitus, eum in te manentẽ ha-

beas: grauiter tamen, vt video, te fili vel filia chariſſ. morbus infeſtat. Id autem clementiâ potius, quàm ira Dei
Prouer. 3. fieri exiſtimare debes. Quem enim diligit Dominus, corripit. Nimirum vt his temporarijs pœnis peccatorum ſordes eluas, ad pietatem charitatemq́; Dei exercearis, & vitæ huius plenæ curarum & miſeriarum, (etiam in proſperis rerum ſucceſſibus occurſantium) pertæſus, ad cœleſtem, æternam, & beatam illam ſuſpires: quam per Chriſtũ nobis partam, velut præmiũ fidei, pietatisq́; noſtræ, & actorum hîc laborum oẽs expectamus. Ac potens quidẽ eſt Deus, tibi ſanitatẽ reſtituere, & vitã prorogare: ſed hic tu voluntatẽ tuam voluntati eius penitus ſubijcere debes. Ille enim certiſſimè nouit, vtrum tibi expediat, morîne, an viuere: & vtrum magis expedire iudicarit, proculdubio conferre etiam, pro bonitate ſua ſumma, ſolet. Quoniam autem nulla non hora inſidiatur nobis aduerſarius noſter Diabolus, ſed in iſtiuſmodi agone ac periculo maximè hic quoque apparet mira Dei erga nos benignitas: quòd poſt cætera Sacramenta hoc quoque ſa-
Iacob. 5. cræ ſiue extremæ Vnctionis Sacramentum nobis reliquit: quo quaſi luctatores oleo in nomine Domini per adminiſtros eius Sacerdotes inuncti, animoſiùs & alacriùs contra hoſtem illum decertemus, morbique acerbitatem leuiùs feramus: & ſi quæ ſuperſunt in nobis peccatorum reliquiæ, deleantur, & oratio fidei vnctioni adiuncta ſaluet infirmum: quemadmodum fideliſſimus Chriſti legatus S. Iacobus, verbo eius haud dubiè vel à Spiritu ſancto inſtructus promiſit. Hoc igitur pio propoſito, tu quoq; fili vel filia chariſſ. reuerẽter & cũ bona ſpe hãc ſacram inunctionẽ à me ſuſcipere, teq́; totum ſiue ad vitam, ſiue ad mortẽ Deo cõmittere debes, memor, eũ piũ & miſericordẽ patrẽ tuũ eſſe, qui cum te à peccato, morte æterna, ac diaboli tyrannide, per vnigeniti Filij ſui Domini no-

ni noſtri Ieſu Chriſti mortem acerbiſſimā liberaſſet, vitæ immortalis, gloriæq́; & beatitudinis æternæ hæreditatem tibi præparauit, & ad eam per Sacramēta diſponit. Is non ſinet te perire, nec te in agone & periculo iſto gratia ſua deſeret, non propter tua merita, quę vel nulla ſunt, vel & ipſa eius dona ſunt: ſed virtute Sacramēti huius, & propter immenſam bonitatem & miſericordiam ſuam.

FINIS CATECHESEON.

NE PAGINA HAEC TOTA VACARET,

VISVM EST TYPOGRAPHO, EX DECRETIS CONcilij Tridentini Paſtoribus cognitu neceſſaria hæc ſubijcere.

ARchipresbyteri, Plebani & quicunq; Parochiales, vel alias curam animarum habentes Eccleſias, quocunq; modo obtinēt, per ſe vel alios idoneos, ſi legittimè impediti fuerint, diebus ſaltem dominicis & feſtis ſolemnibus plebes ſibi cōmiſſas pro ſua & earum capacitate, paſcant ſalutaribus verbis: docendo quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem: annuntiandoque eis cum breuitate & facilitate ſermonis vitia, quæ eos declinare, & virtutes quas ſectari oporteat: vt pœnam æternam euadere, & cæleſtem gloriam conſequi valeant. *Ex Seſſ. 5. cap. 2. Tridenti Concilij.*

ETſi Miſſa magnam contineat populi fidelis eruditionem: non tamen expedire viſum eſt patribus, vt vulgari paſsim lingua celebraretur. Quamobrem retento vbique cuiuſque Eccleſię antiquo, & à S. Romana Eccleſia, omnium Eccleſiarum matre & magiſtra, probato ritu, ne oues Chriſti eſuriant, néve paruuli panem petant, & nō ſit qui frangat eis: mandat ſancta Synodus Paſtoribus, & ſingulis curam animarū gerentibus, vt frequenter inter Miſſarum celebrationem, vel per ſe, vel per alios ex ijs, quæ in Miſſa leguntur, aliquid exponant: atque inter cætera ſanctiſsimi huius ſacrificij myſteriū aliquod declarent, diebus præſertim Dominicis & Feſtis. *Ex 22 Seſ. cap. 8.* *Thren. 4.*

IIdem etiam ſaltem Dominicis, & alijs feſtiuis diebus pueros in ſingulis Parochijs, fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parentes diligenter ab ijs, ad quos ſpectabit, doceri curabunt. *Ex Seſſ. 24 cap. 4.*

CVm præcepto diuino mandatum ſit omnibus, quibus animarū cura commiſſa eſt, oues ſuas agnoſcere, pro his ſacrificiū offerre, verbique dinini prædicatione, Sacramētorum adminiſtratione, ac bonorum omnium operum exemplo paſcere: pauperum aliorumq́ue miſerabilium perſonarum curam paternam gerere, & in cætera munia paſtoralia incumbere: quæ omnia nequaquam ab ijs præſtari & impleri poſſunt, qui gregi ſuo nō inuigilant, neque aſsiſtunt, ſed mercenariorū more deſerunt: ſacroſancta Synodus eos admonet, & hortatur, vt, diuinorum præceptorum memores, factiq́ue forma gregis, in iudicio & veritate paſcant. *Ex Seſſ. 23 cap. 1. in decreto de Reformatione.*

Chriſtliche vnderweiſunge von der Tauffe.

GEliebte brüder/alle die jr hie jetzt/ es ſey auß andacht/oder vmb dieſes kindes/ vnd deſſelben Eltern Ehr willen/ verſamlet ſeidt: ſollet jr allen ſchertz/ geſchwetz vnd Weltliche gedancken beyſeits legen/vnd fleiſſig anmercken/ was allhie nun wirt gehandelt. Dann jr ſollet nicht gedencken/ das allhie/eytele vnd ſchertzhafftige Ceremonien fürgetragen. Es werden wichtige/ wunderbarliche/ Göttliche vnnd heilſame dingen allhie verhandelt: Durch geprenge vnnd geheimnuſſe ſo wol dem Wordt Gottes als Chriſti Jeſu vnſers Meiſters vnnd Seligmachers beyſpiel bequâm für augen geſtellet: welcher geheimnuſſen außlegung jr zu andern zeiten in den offentlichen Predigtē höret/ vñ hören werdet. Nun wöllet jr die ſache mit wenigen einnemen vnd verſtehen.

Das Kindt wirt nit ſo/durch vnſern dienſt vnd zuthun/ als Joan.7.
durch Göttliche hilff vñ gnade Chriſti des Herren (welcher durch Rom.8.
vns Taufft) auß des Teuffels eigenſchaft/ſo durch die Erbſün- Ephe. Rom.6.
de zuwegen gebracht in die freyheit vnd anwünſchunge der Kinder Gottes wider geborē: auß dem alten Adam wirdt es in ein new Geſchöpff verwandelt/es ſtirbt der Welt/ es wirt mit Chri-
ſto begraben/vnd ſtehet auff mit jm/ es kleidet ſich mit Chriſto/ Ephe.4. Coll.2.
vnd wirt auß dem vngerechten ein gerechter / auß dem Feinde Gall.3. Rom.5.
ein Freundt Gottes gemacht/welches newlichen vnd biß anhe- 2.Cor.5. Tit.3.
ro frembd geweſen: Nun wirdt es der Heiligen Kirchen Chriſti Ephe.5.
Jeſu eingeleibet/vnd zu vnſer vnd aller Heiligen gemeinſchaft zu- Ezech.11. 1.Pet.1.
gefügt: vnd wirt durch den heiligen Geiſt auch ſelbſt geheiliget/ Tit 3. Rom.5
vnd entphehet ein reines hertz/vnnd ein gnade in Gottes geboten zuwandelen/ wirdt auch entlichē der aller vberſchwenlichſten wolthaten/ deſſelbigen genedigſten Gottes theilhaftig/vnd zum Erben des ewigē lebens/vñ des Reichs Gottes gemacht. Dañ da das gantze Menſchliche Geſchlecht / durch der erſten vnſerer Voreltern ſchuldt vnd vngehorſam/ auß der gnade Gottes des Schöpffers / vnnd auß vnermeßlichen wolthaten/ mit welchen daſſelbige gezieret/war abgefallen/ vnnd in des Teuffels gewalt

 ein-

eingefallen/dem Todt/vñ der ewigen verderbnuß/vnder worffen
worden/hat auch ſonſten keine hoffnunge des heils zugewarte/
Luc 11. Rom.5. da hat ſich der güttige vnnd allmechtige Gott (welches Barm-
hertzigkeit weret vom geſchlechte in die geſchlechte) vber das er-
barmet: hat daſſelbige durch ſeines eingebornen Sohns bittern
todt auß jenem allem vbel errettet/vnnd ſich verſöhnet/Ja auch
mit groſſeren wolthatten gezieret. Durch denſelben Sohn/der
mit jm eines in der Gottheit/Weſens/Gewalts/Weißheit vnd
Joan.16. Marc.16. Math.28. Joan.3. Ephe.5. 1.Cor.6. güte iſt/ein Euangeliſch geſetz auffrichtende: auff das ein jeder/
welcher das heil vnd obgemelte alle ſeine wolthaten erlangẽ wil/
an jn gleubte/vnd im namen eines Gottes des Vatters vnd des
Sohns/vnnd des heiligen Geiſtes getauffet/das iſt/auß dem
Waſſer vnnd H. Geiſt/widergeboren/vnnd in den Leib Chriſti
(weil er ſein vnd ſeiner geſpons der Allgemeinen Kirchen gliedt
geworden) zuſamen wachſen/vnnd dermaſſen mit jm vnd jn im
der obgedachten gütter theilhafftig würde. Derwegen weil das
oder ja dieſe alle ſolche vnd ſo groſſe Göttliche wolthatten durch
vnſere (ſo wir wiewol vnwürdig der Jüngern Chriſti/welchen
er ein ſolches zuuollenziehen befolhen/ſtelle verweſen) dienſt vnd
zuthun dieſem Kinde nun gegeben vñ verliehen: welche euch vor-
zeiten durch gleichmäßige Ceremonien vnd würckunge verleihen
ſein worden/Vnnd wiewol diß Kindt ſich der Vernunfft nicht
brauchen khan/noch glaubet/wirdt dennoch in deme auch die
Wunderbarliche güttigkeit Gottes gegen vns angemercket/daß
er durch diß Sacrament der Tauffe (welches ein Sacrament
des Glaubens genennet) ſo es im Glauben der Kirchẽ entpfan-
